

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
37 H
ROMA

PEREGRINATIO SANCTA


FR. LAVRENTII A D. PAVLO

SVECI

Ordinis Minorum S. Franciſci regularis obſeruantiæ.







Pſalm. 118.

Vias tuas demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me:
Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in teſtimonia tua.
Viam veritatis elegi, iudicia tua non ſum oblitus.

ROMÆ,

Typis Angeli Bernabò à Verme. 1658.


Superiorum permiſſu.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. S. Palatij Apostolici.

M.A. Oddus Episc. Ierap. Vicesg.

Imprimatur,

Fr. Raymundus Capisuccus Ord. Prædicatorum S. A. P. Mag.



CHRISTINAE CATHOLICAE
MARIAE AVGVSTAE
ALEXANDRAE ROMANAE
REGINAE SVETICAE
VIRGINI VICTRICI VIRTVTVM IDEAE:



CLEMENTISSIMA DOMINA.


LACVIT Chriſto Saluatori noſtro, cuius veritas, & verbum manet in æ-

ternum; vt maiestas vestra, quam nomine suo signauerat: ominis quoque fælicitatem, veritatis eiusdem matrem Ecclesiam Catholicam amplexando, non minus pia, quàm gloriosa agnosceret, atque adimpleret. Ita vt recogitanti mihi, quo affectu, ac voto, veritatis Ecclesiæ Catholicæ confessionem, Christo Redemptori, in Portugallia constitutus, dicabam; meritó nunc Romæ,

mæ, Maiestati Vestræ, tanquam Christi, ac Matris Ecclesiæ in Regno Sueciæ hæredi primogenitæ: Peregrinationem, hanc sanctam, in redemptionis nostræ sacrarijs compositam, humiliter offerrem. Liceat breuibus (quod lingua nō valet humana) diuini eloquij mysterijs, non minus graté, quàm deuoté exprimere. *Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. Hæc mutatio dex-* Psal 92. Psal. 76.

Psal. 117. *teræ excelsi. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.* Quis vmquam aliquando credidisset, Maiestatem Vestram tot triumphis, tot supremi fastigij illecebris obsessam; tot carissimis auitæ hæreditatis pignoribus, imó quod maximum est, omnium subditorum animis obstrictam: compedes, ac vincula adeó fortia exuere, aut excutere valuisse. Mihi sané, (Deo teste) nihil vm-

vmquam aliud præſagie-
bat mens, quàm quòd
Chriſtus Dominus, Chri-
ſtinam, ſicut animorum,
& affectuum alienorum,
ita & ſui ipſius maximé
efficere Dominam con-
ſtituiſset: dum ipſa veri-
tatem, quam intellectus
perſpicacitate, intus ful-
gente diuinò lumine a-
gnoſcebat; exterius ſo-
luto Gordio nodo, animi
magnitudine, & Chriſti-
nam, & Alexandram,
nouũ velut Orbis quod-

dam portentum, in Ecclesiæ Catholicæ monte ostendere se intentaret: Inquirat nunc maximus illle Persarũ Monarcha; quid omnium rerum humanarum fortissimum? Ego cũ Israelita illo Aulico, cæteroque populo omni, *veritatem* proclamabo: quãtó magis Catholicam, diuina authoritate supra firmam petrã fundatam. Dubitent vanitatum sectatores aut admiratores; an quis ma-

Esdræ 3. cap. 4.

ior,

ior, aut illuſtrior triumphus dari poſsit; quàm deuictis hoſtibus omniũ animis imperare? Reſpondebo cum Maieſtate Veſtra, glorioſius eſse Chriſto ſe ſubicere: cui omnia parent in Cælo, ac in terra; quique ſolus eſt, *& Via, & Veritas, &* Ioan. cap. 14.
Vita; cuique veré dicere cum regio illo Propheta Maieſtas Veſtra debet: *Dirupiſti vincula mea tibi* Pſal. 115.
ſacrificabo hoſtiam laudis. Nec ego minus, licet ſub

ditorum M.V. minimus, diuinam clementiam ſicut hactenus exorare, ita in poſterũ perpetuó collaudare deſiſtã; eó quód exauditis votis, pro Maieſtatis Veſtræ ſalute: nũc pro patriæ, ac totius gentis reductione, maiorem ſpem fecerit. Tanti enim vniuerſi Orbis iudicio intereſt exemplũ: Chriſtinam Guſtaui magni filiam, patriam fortitudinem, antiqua Proauorũ religione, ac pietate ſu-

pe-

peraſſe; & quia Alexandrum Christi Vicarium, in militáte Eccleſia Pręſidentem recognouit; ipſi Sueci quoque prudentiæ, magnanimitati, ac magnificentiæ Reginæ ſuæ diu aſſueti: iam non ſine maxima obſtinationis culpa, eandem imitari, ác ſequi, moram facere exiſtimabuntur. Accipe interea Regina incomparabilis, hoc Peregrinationis meæ ſanctæ licet tenuiſsimum, maxi-

mæ

mæ tamen in Maiestatẽ Vestram fidelitatis & obsequij munusculũ: quoð vt ita dicam, volæ huius aquæ effusione, duritia adhuc multarũ mentiũ, vestra quoque authoritate magis aliquantũ emollescat. Ad hoc enim has aquas, tam ex fonte viuenti, Ecclesiæ Catholicæ, scripturis scilicet Canonicis, & Patribus; quã ex hęreticorũ, tùm Caluinianorum, tùm Lutheranorum fœtidis dissipa-

tis-

tiſque ciſternis hauſi, atque congeſsi. Vt ſi hactenus veritatis fons, qui in Eccleſiæ Catholicæ vnitate limpidiſsimus currit, animos aduerſantium irrigare, ac expurgare nõ valuit; Aquæ craſsiores hæreticarum ciſternarũ quas continere non poſſunt, eoſdẽ largius inundent, atque ſubmergant. Faxit Dñs Ieſus Chriſtus, qui M. V. adeó mirabiliter, ac ſuauiter, ad matris Eccleſiæ gremiũ Ieremiæ c. 2. n. 13.

vo-

mæ tamen in Maieſtatē Veſtram fidelitatis & obſequij munuſculũ: quŏ vt ita dicam, volæ huius aquæ effuſione, duritia adhuc multarũ mentiũ, veſtra quoque authoritate magis aliquantũ emolleſcat. Ad hoc enim has aquas, tam ex fonte viuenti, Eccleſiæ Catholicæ, ſcripturis ſcilicet Canonicis, & Patribus; quã ex hęreticorũ, tùm Caluinianorum, tùm Lutheranorum fœtidis diſsipatiſ-

tiſ-

tiſque ciſternis hauſi, at-
que congeſsi. Vt ſi ha-
ctenus veritatis fons, qui
in Eccleſiæ Catholicæ v-
nitate limpidiſsimus cur-
rit, animos aduerſantium
irrigare, ac expurgare nõ
valuit; Aquæ craſsiores
hæreticarum ciſternarũ Ieremiæ c. 2. n. 13.
quas continere non poſ-
ſunt, eoſdẽ largius inun-
dent, atque ſubmergant.
Faxit Dñs Ieſus Chri-
ſtus, qui M. V. adeó mi-
rabiliter, ac ſuauiter, ad
matris Eccleſiæ gremiũ
vo-

vocauit, & traxit; vt de his quoque, quos olim eadem mater Ecclesia, in Catholica fide plantauit; iterum ad pastoris vocē reuersis, atque cū M. V. coniūctis, copiosius, quā primum colletetur. Sic enim futurum quotidie expectat Catholicus Orbis, humiliterq; ac incessanter à diuina clementia exoptat.

R.ix M.tis V.rx

Humillimus, ac deuotissimus ex Regno Sueciæ subditus, & orator

Fr. Laurentius à D. Paulo.

Lectoribus Christianis, ac Pijs.



Liquando, dum reductionis meæ ad gremiũ Ecclesiæ Catholicæ fundamenta adhuc integra, & recentia memoriæ obuersarentur; eadem tum ad leuandam vacationem à spiritualibus relligiosi status exercitijs, tum ad proficiendum alijs amicis, & notis quibusdam, tenui libello, Confessionis Veritatis Ecclesiæ Catholicæ *nomine nuncupato, in Portugallia constitutus conscripsi. Nunc, quia in omnium orbis locorũ sanctissimo; gratiosissimæ vocationis meæ motiua liberius, clariusque animo sæpissime reuoluo: Ideo hæc, quã-*

uis

uis priora diſpoſitione, poſteriora tamen conceptu, ac recordatione; forte etiam non minus grata, quàm vtilia, in publicum edere, ſub Peregrinationis ſanctæ *titulo non dubitaui. Nam vt plerumque in quorumlibet ædificiorum ſtructura, ipſius operis fundamenta, publico prius quàm delineatio, ac intentio artificis apparere ſolent; ita, licet Confeſſionis Veritatis argumenta, Confeſſionis noſtræ principia editione precesſerint: tamen, cum inter ſe vt flamma, ac fumus; ſclopeto ſimul exploſa, vix diſcerni queant; parum erraſſe iudicari vereor, ſi iſta priùs, hæc poſteà, in lucem emiſiſſe argui poſſum. Fortè diuina gratia vim addente, aliquos quos ille Omnipotens ac miſericors nouit; ſic meus hic ictus feriet,*

riet, vt dum ignitum illud eloquiũ Scripturarum, Patrum, rectæquè rationis; non ignorantibus, nec pertinacibus; sed hæsitantibus, atque in Charitate *tepescentibus; lumen, ac flammam accenderit: fumus quoque hic fumigantis quondam meæ fidei, ac scientiæ; ad eundem, quem me scopum, ac metã perducere ampliùs valebit.* Peregrinationis *sanctæ inscriptio, ideò potissimum arrisit; quia* cum in vita hac tamquã in via sumus; *vt D. Gregor. ait,* qua in Patriam pergimus. *Ego insuper profiteri ingenuè possum, me, si quidquam intellectus habeo de mundanarum vanitatum falsitate, aut de cælestium veritatum soliditate; id peregrinationibus per Europam nostram, & nunc quoque in* Homil. 11. super Euang.

hoc

hoc Religionis Christianæ sacrario, comparasse; atque sapientum vir. tuosorumque extrancorum cōmercio, plenius hausisse. Accedit, quòd cum illuminatissimum illum Christi Apostolum Paulum, sicut Magi stellam illam mirabilem, singulari quodam affectu, ac deuotione, semper prosecutus sum, ac sequi anhelo. Ita, quia eundem peregrinando cōuersum; magna denique pro Christi honore, ac amore perpetrasse, ex sacris, & Ecclesiasticis historijs cognosco: ideo in eius memoriam, mea quoque (etsi valdè inferiora, & causa, & effectu, quamquam non spe, ac termino:) studia, Peregrinationis sanctæ titulo, in eadem actu occupatus, cōdecorare volui. In duas eam particulas cōmodius diuisi, his

enim

enim velut semitis, ad Ecclesiæ Romanæ montem, potissimum me ductum fuisse agnosco. Primò quidem, multiplicium sectarum Christianæ Religionis admiratione; duarum maximè Lutheranicæ videlicet, ac Caluinisticæ impietate, cõtradictione, & inconstantia. Dein hæresum vtriusque Sectæ præcipuarum, ex antiquis condemnatis repetitione; & particularium quorumdam testimoniorum reprobatione; quorum vtrorumque colluctatio, diu mentem suspensam, atque terrenis potius affectibus adherentem, efficaci illo diuinæ vocationis auxilio, reddidit obedientiorem, atque aptiorem. Tuũ erit benigne lector, breuitatem exigui opusculi, humanitate; veritatẽ candoremque, pietate excipere: dummodo

modo certo ſcias, exigua hęcce me, non vt placeam, ſed vt proficiam, ſcribere. Si enim adhuc hominibus placere ſtuderem, Chriſti ſeruus non eſſem. *Et ſi multas paginas implerem, vanus euadere, aut multorum claritati lucem præferre, cenſurari merito poſſem?* Verbum *autem* breuiatum faciet Dominus ſuper terrã. *Nec minus Philiſtęum proſtrabant, paruuli lapides pusilli Dauidis; quàm vulnerabat, amputabatq; caput eius, ingẽs ille Goliathicus enſis. Vale. Ex ſanctiſsimo Domini ſepulchro Hieroſolymis die conuerſionis S. Pauli 25. Ianuarij Anno ſalutis 1655.*

D. Paulus epiſt. ad Galat. c.1.n.10.

D. Paulus ad Rom. c.9.

1. Reg. c.17.

Venite, audite, & narrabo omnes qui timetis Deum quanta fecit animæ meæ. *Pſal.65*
Interrogate de ſemitis antiquis quæ ſit via bona & ambulate in ea. *Hierem c.6.*
Inclina cor tuum ad cognoſcendam veritatẽ. *Prouerb.2. v. 2.*

Fr. Bartolomæus de Villalba Lector Iubilatus Ord. Min. S Francisci Reg. Obs. Prouinciæ Castellæ Pater, ac in Romana Curia Procurator Generalis. Dilecto nobis in Christo P. Fr. Laurentio à S. Paulo Sueco Prouinciæ nostræ Portugaliæ salutem in Domino.

CVm librum, cui nomen est *Peregrinatio Sancta*, à te diligentissime elaboratum, & ab eruditis nostri instituti Theologis viris approbatum, cõmendatumque typis mandare peroptes; ideo nos læti de tuo progressu, & proficuis sudoribus in commune commodum fusis, harum tenore facultatem concedimus, vt seruatis seruandis typis eum tradere possis. Romæ ex Conuentu Aracælitano die 4. Iulij 1656.

F. Barth. de Villalba Proc. Gen. Ord.

APPROBATIO OPERIS.

PEregrinationem Sanctam R. P. Fr. Laurentij à S. Paulo, in qua, disertis digressionibus, delirantium hæreticorũ deteguntur errores, atque fælix nimis authoris conuersio ad Orthodoxam, & Apostolicæ Vitæ institutum, Superiorum mandatis percurri: nihilque in hoc elegãti Opusculo, quod Veritati, reipublicæ vtilitati, aut bonis aduersetur moribus deprehendi. vnde non solum regum luce, (qui excusso læthali erroris iugo ad æternam aspirant fælicitatem) dignũ censeo, sed & laude, & amplexu properantium ad Sacrosanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ Romanæ Veritatem, cum presse, & neruatim, sacræ Scripturæ, & SS. Patrum attestatione, superstitiosa Orientalium, & Occidentalium errorũ figmẽta, in hac Compendiosa religiosi Viri enarratione, retusa intueri liceat. in cuius rei fidem subscripsi. in Conu. Aracælitano 22. Iunij 1656.

F. Franciscus Bermingham Galuiensis Lector Iubil. Ex definitor Generalis.

EX commiſſione Adm. R. P. Fr. Bartholomæi à Villalba, Ordinis noſtri in Curia Romana Procuratoris generalis, diligenter inſpexi hunc librum inſcriptum: *Peregrinatio ſancta Fr. Laurentij a S. Paulo Sueci Ord. Min. reg. obſer. &c.* nihilque in eo reperi Catholicæ Romanæ Fidei, vel bonis moribus aduerſum: quin potius clara ſolidaque eius doctrina magnam ſpem præfert multos cordatos viros, qui miniſtellorum hæreticorũ impoſturis, in hæthorodoxorum cætibus detinentur ipſius libri lectione, depoſita larua, ad veritatis agnitionem, & fidem ipſam amplectendam, adiuuante Deo, perductos iri. Quod nõ minus merentur exemplum quod ipſe author prætulit, ſingularis eius modeſtia, diſcretus zelus, & pura pietas; quæ in hoc opere paſſim vbique relucent. Ita cenſui in Collegio S. Iſidori FF. Min. Hibernorum in Vrbe die 29. Iunij anno 1656.

Fr. Franciſcus Haroldus S. Th. Lector.

DE mandato Reuerendiſsimi P. Raymũdi Capizucchi Sacri Palatij Magiſtri librum iſtum, *Peregrinatio Sancta*, Fratris Laurentij à S. Paulo accuratè recognoui, de quo ſic cenſeo. Eum cum nihil à recta Fide, probiſque moribus abhorrere, tum etiam ad vtrunque multum conducere. Eſt quippe ad cõfirmandam Catholicam Religionem, & confutandas hæreſes aptis argumentis plenus, idoneis teſtimonijs refertus. Valet acumine, iudicio, eloquentia, neruis, pondere. In quo Authot & ſubtilis ingenij, & variæ eruditionis, & eximiæ pietatis ſpecimen edit. Iam vero illa, quæ de mirabili ſua & conuerſione ad Eccleſiam Romanam, & Religioſa Hieroſolymã peregrinatione narratio inſtituitur tota conſtat pietatis igniculis, quibus animi omnium tum Orthodoxorum, tum Heterodoxorum ad ſtudium Charitatis, & Fidei accendantur. Quare è re Catholica fore iudico, ſi typis mandetur, & omnium manibus teratur. In hoc Collegio de Propaganda Fide Vrbano. Nonis Iulijs. An. ſalut. M. DC. LVI.

Fr. Franciſcus à Sancto Auguſtino Macedo Franciſcanus Obſeruans, Artium Laureatus Magiſter, & Theologiæ Profeſſor, & in eodem Collegio de Propaganda Fide Controuerſiarum Cathedræ Lector.

A R-

ARGVMENTVM.


Causa scribendi, gratitudo aduersus Deum, & documentum pro proximis. Principia cognitionis Ecclesiæ, ab indole, patria, studijs, peregrinatione, consideratione etiam mutationis religionis Cathol. in patria, & Lutheranismi introductione. Occasio in Hollandia, vnitatem Catholicæ ex aliarum multiplicitate agnoscendi. Exempla Grecanici Schismatis, nationum Anglię, Bohemię, Germanię, testantur illas ab Vnitate Religionis recessisse. Heresis Luthericę calliditas, malignitas, & confusio; Apostolicę ac Romanę Ecclesię vnitatem illustrant. Edicto Caroli V. Imperatoris, Lutheranismus describitur.

bitur, & condemnatur. Caluiniſticę examen, impietatem, & contradictionem vtriuſque Sectę probat. Regulę ſeptem maximè neceſſarię, vnitatem Religionis verę euincunt.

PE-

PEREGRINATIO SANCTA FR. LAVRENTII A D. PAVLO

CAPVT I.


ANTABILES *mihi erant Iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ*, exultans protulit diuinus ille Propheta Rex, & psaltes: eò quod multiplicibus à Deo beneficijs cumulatus, internam animi gratitudinem lingua exprimere, ac publicam facere operę pretiū duceret. Cum enim affirmante Sapientissimo illo Ethnico, *Cum quis ingratus est, omnia mala facit, nihil quoque ita displiceat Deo* secundum mellifluum Doctorem, *in filijs gratiæ, quemadmodum ingratitudo, quæ est delictum maximum*. Rex sane

Psal. 118.

Seneca l. de Benef.

S. Ber. ser. 52. in cant.
1. Reg. c. 25.



laudatiſſimus, & *vir ſecundum cor Dei* compoſitus, non potuit magis dignam illuminatione diuina doctrinam, nec regio faſtigio condecẽtius exemplum, quàm gratitudinis in Deum, cunctis mortalibus, particularibus vero diuinarum miſericordiarum alumnis efficacius commendare. Vnde ſi ad bene agendũ non tantum recta ratio, & diuina humanaque pręcepta; quam ſingularia, noſtriſquè aliquantum caſibus accommoda exempla, excitare nos viuacius ſolent: me profectò, ſi licet *parua componere magnis*, honeſto loco natum, in patria domo minimum, apud principes, & aulam regiam educatum, varijs humanę vitę experimentis inſtructum, ac tandem ad altioris vitę gradum ſpeciali gratia vocatum, in loco denique peregrinationis ſanctiſſimo conſtitutum: adeo illuſtris regis, adeoque ſancti Prophetę (in decantãdis miſe ricordijs Domini Dei, ac Saluatoris

Vigil. in Georg.

mei



mei) vestigia sequi; pietatis, obligationumque magnarum stimulus vehementius instigauit. Accedit quod vnicuique illorũ beneficiorum recordatio commendatior esse debet, quorum caussa in suo genere sublimior; in disponendo suauior, in operationis effectu notior; & preterea contradicentibus proprijs meritis magis gratuita non obscurè potuit agnosci. Nam vt prę exemplis omnibus singularissimum illud diuini Apostoli, ex persecutore *vas electionis* facti, quemadmodum ab infantia admiratus fui; ita nunc post Deiparam, ac dominam meam, apud Deum omnipotentem eum me habuisse aduocatum tutelarem, ingenuè atque fiducialiter profiteor. Hic videlicet veritatis lumine circumfusus, diuinę gratię telo transfixus, tantò se magis indignum Apostolatus honore prędicabat, quanto se excellentioris conuersionis beneficio, vocationis efficacia, auxiliorũ Actor. 9.

1.Corinth. c.15. denique frequentia, in amplexu reuelatę veritatis, in facilitate operationis, se obstrictum Deo perspicacius, certiusque intelligebat. Hinc tandem, quia veritatis tam diuinę, quam humanę, tantam vim colligimus; vt non solum sapientibus omnium rerum fortissima, sed etiam ab ipsa sapientia diuinę naturę declaretur coniunctissima. Quid quæso magis vtile negantibus veritatem Catholicam, magis iucundum eandem rectè piequè profitētibus pręstari potest; quam si in breui velut indice, in proposito exemplo, argumenta illis explicentur, quę mentis errorem conuincere facilius; humanę quoque, ac diuinę operationis differentiam, apertius demonstrare valeant. Quamobrem, vt vtrunque pro maiori diuinę miserationis gloria, cum proprię miserię recognitione, ac humillimæ gratitudinis professione, cum eodem Propheta regio, *In generatione, & gene-*

Esdræ l.3.c.4

Ioan.8.

Psal.88.n.2.

generationem annunciabo veritatem tuam in ore meo : & cum sanctissimo Apostolo, multo tamen rationabilius, indignitatem meam, tum pro vocationis, tum status ac professionis gratia, quanta possum sinceritate ac simplicitate, *quanta fecit Deus animæ meæ* enarrabo : Nec ideo quoque acceptæ gratię magnitudinem, aut splendorē deperdi, quisquā existimet; quod anteactæ vitæ nequitia ad compunctionem cordis, conuersionis vero efficacia ad beneficij diuini excellentiam celebrādā, linguam & manum prouocasse deprehendatur. Quomodo enim misericordias Dei in æternum cantabit, qui se miserum fuisse ignorat? Et si misericordię transactæ non meminit; vnde largitori misericordiæ laudes reddit? Itaque vt huius rei cum D. Gregorio commodam aliquam rationem reddam : *Sicut nunc sæpe tristium læti reminiscimur, ita transactæ nequitiæ sine læsione no-*

Psal. 65.

4. Moral. c. 42

ſtræ beatitudinis recordari poſſumus. Et quo ægros nos recolimus, eo nos incolumes plus amemus, ſitque in hac noſtri ſtatus beatitudine culpæ memoria, non quæ mentem polluat, ſed quæ nos lætitiæ altius aſtringat; debitoremque ſe medico verius intelligat, quo de moleſtia meminit, quam euaſit. In æternum ergo laudem miſericordiæ noſtræ largitori referimus, & nequaquam miſeriæ conſcientia grauamur; quia dum mala noſtra ſine aliquo mentis malo reſpicimus, & nũquam erit quod cor laudantis de tranſactis iniquitatibus polluat, & ſemper erit, quod hinc ad laudem liberatoris accedat.

Vide Bartol: Caſſan: de gloria Mundi p. 12. conſiderat. 17. cap. 11. conſid. 24.

Gaudeant bene nati cõmune veri verbium quam veriſſimè enunciauit; eo quod omnipotens rerum omnium Conditor, eam conditioni mortalium, immò vniuerſę adeo naturę, vim, virtutemque infuderit; vt quo melioribus gaudet naſcendi principijs, eò etiam

etiam fœlicioribus, facilioribusque in crescendo, operandoque adiuuetur subsidijs. Quemadmodum enim, *nec imbellem feroces progenerant aquilæ columbam*; ita *inuita nihil dices, faciesuè Minerua*; vel si *naturam expellas furca tamen vsque recurrat*: quam enim quisque à natiuitate sortitus est, si iuuare poteris; mutare non poteris; dum in omnibus *fixa, & mutari nescia* prę valeat. At verò, *qui optimam nacti sunt, eam tanquam Deum sequuntur, eique parent*. Quippe *quod diuinam esse, censuit Zeno, vimque obtinere, recta imperantem, probibentemque contraria*. Vix opus esset communem naturæ legem exemplis, aut argumentis asserere; nisi iniucundum non videretur, nationum, hominumque diuersorum ingenia, moresque, tenui tantum, vt dicitur adumbrare penicillo; quò qui benigniori se sydere natos, natalesq; sibi contigisse meliores agnouerint;

Horatius 4. carm. Ode 4. Idem de arte 78:

Adiuta cura natura magis eualescit Quintil: lib. 2. cap 3. et 8. Iuuenal. satir 13. & 26. Cicero de Senect. 5.

Cicero l. 1. de natura Deorum.

aut degenerem à maioribus vitam erubeſcant, aut pręclaram virtutibus indolem, in laudem Conditoris ad maiora attollant. Nationum hodie in Europa tãtum noſtra, tanta varietas delectat; vt quamquam vna alterius imitari mores in quibuſdam regnis elaboret; naturam tamen, & geniũ effingere, nulla, aut induſtria, aut diſpoſitione integrè obtineat. Ita communis cæli temperies, alacres, agiles, promptoſque ad omnia effecit Gallos; quos ſi remittere quicquam, aut componere naturam contigerit; nullis veruntamen gentium, breuius fingendi tempus ars ipſa & natura conceſſit. Hiſpanos ſi vniuerſim bile, ac melancholia graues, triſti ſupercilio ſuperbire notaueris; rectius iudicij maturitatem, atque in rebus tractandis conſtantiam, ore pleno laudabis; ne quod mirabili artificio natura temperauit, aliquo vitiorum confinio labefactari poſſe mireris.

Ita-

Italici ingenij acumen, si quis vmquam intellexit; fingendi artem, tẽporum, ac imperij vicissitudini merito condonauit: eo quod Italia, diuersarum nationum altrix, felicitatem Cæli, solique varijs dominatoribus commodasse reperiatur. Fidem nũc Germanicam, Suecorũ sinceritatem, Polonorum generositatem; quid diffusius prædicem; cum tempora potius, quam naturã suam sequantur: dum eas sępissimè virtutes videamus in opprobrium, ac noxam verti; quę rigida quadã ac indispensabili lege, omni tempori; omni occasioni ęqualiter deseruiunt. At vero, si harum gentiũ ingenia scrutari placet; deprehendes eas, non minus aptè, quam auide; non tam fœcunditate naturę quam laboris assiduitate; & Gallorum venustatem, & Hispanorum decorem, Italorum etiam industriã sectando assequi. Exemplum vnicum prębeat famosum illud Sueciæ re-

regnum, ætate hac noſtra adeò magnarum virtutum ferax; vt ſi illas antiquis aut Græcis, aut Romanis temporum vices oſtendiſſent; non adeò horridum Septentrionem, aut barbara indigenarum eius ingenia declarare potuiſſent: quarum armis, ac imperio toties victrices manus dediſſe, præclariſſima eorum monumenta teſtata ſunt. Sed ne hinc tantum nobilitari magis Gothica hæc progenies videatur; quod maiorum ferociam noſtris quoque temporibus bellicis fuerit ſtudijs imitata: Europæ noſtræ populos interrogare fas eſt, quibus, aut in fœderibus pangendis, aut rebus publicis componendis, arte, induſtria, aut fide conceſſerit; dum potentiſſimos principes amicitia, remotiſſimos populos commercio, præclariſſima denique ingenia, & artes, liberalitate ſibi coniunxerit. Non eſt hic locus, ſingulos ſuo nomine ciendi; qui facta ſua, Alexandro,
Cæ-

Cæſari, Themiſtocli, Demoſtheni, alijsue belli, ac pacis portentis æquarunt, vel fortè prætulerunt: Amazonicam illam ſtirpem, Viraginem illam, & vnicam tot ætatum, ac populorum reginam; nunc ætas noſtra admiratur, dignius verò celebrabit poſteritas. Hæc enim, traductum ad ſe omnium nationum nitorem, diuitias, artes, atque ſcientias; fœlicius, ſecuriuſq; gaudebit: dum illa

Conquiſita diu, dulcique reperta labore
Digna ſua pergit diſponere carmina vita.

Lucret. l. 2. 86.

Tantæque fœminæ incomparabili gratulabitur prudentiæ. Quàm dulce mihi foret, ad patrium hoc ſolum pedem referre; & quæ è longinquo cognoſco, quibus etiam in ſæculo ex parte interſui, coram conſpicere, atque fælicitati publicæ copioſius congratulari. At vero,

Quam-

Quamquam iura Deum ſacri ſibi conſcia pacti
Relligio; dulciſque mouent præcordia tedæ.

Valer.l.8 Argon.81.

Ita terrenam patriam obliuiſci ſuadet, qui cæleſtem offert. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam; & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, & extra cognatos, & notos fieri debere, qui vult parenti omnium verius coniungi*, vt loquitur Gregorius: *optimum enim crudelitatis genus eſt, in hac re eſſe crudelem*. Interea liceat ſine cuiuſquam offenſa, priorum ſæculorum tælicitatem recolere: vt dum præſentis magnificentiæ ſplendorem lingua extollit; antiquæ pietatis, ac diuini cultus candorem, mens conſcia recti penitùs non negligat. Omnium profectò bonorum fontem, religionem veram, ac ſanctam Europæ noſtræ excellentia, aliarum verò orbis partium barbaries, & ſquallor teſtatur: vt quamuis Deum verum tot gentium

Pſal. 44.

Moral.l.7.c.17.

Hieron. ad Eliodor.

tium

tium varia ſuperſtitio colere prætendat; tamen mentis oculum ſi propius admoueas, hic ſordes, illic errorem, vbique confuſionem falſi cultus accuſatores facillimè deprehendas. Vbi verò Europam noſtrã, ſana piaque mente conſideraueris; in ea electam Dei ſedem, verã Chriſti ſponſam, clauſis vt dicitur oculis, Eccleſiam ſanctam, & Catholicam agnoſces; verèque à Propheta regio vaticinatum, *Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate.* Psal. 44. Porrò altiſſimo diuini conſilij iudicio eueniſſe, non obſcurè omnibus patebit; vt temporum, hominumque malignitas, Eccleſiæ illam fidem, quam ex Oriente in Occidentem Apoſtolorũ prædicatio tranſtulit; Apoſtolorum ſucceſſores quaquauerſum ad vltimam vſque Thylen & Iaponem propagarunt; apud quoſdam populos conculcarit, apud alios innouarit, atque labefactarit. Adeò vt de-

defleueris magis, quàm indigneris, dominico agro superseminata zizania, veramque fuisse omni tempore Apostolicam prædictionem, *oportere hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiant.*

Matth. 13. v. 24.

1. Corinth. c. 11.

Septemtrionales profectò populos, quid magis Christo, ac Ecclesiæ, quàm Romanorum Pontificũ sollicitudo ac zelus acquisiuit? Quę regna, pietatis, sanctitatisque mirabilis fructus vberiores, Ecclesiæ reddiderunt; quàm Hibernia, Anglia, Suecia, Dania? Quæ singula si nunc de pristina Christiani cultus maiestate, de fidei Catholicæ sanctitate examinaueris; illam in collapsorum templorum monasteriorumq; ruinis, aut nudis parietibus, & laquearibus; in Episcopatuum quoque illegitimis, vacuisque antiquo honore, redituque titulis: hanc vero in ciuili, seu politica viuendi libertate, omniumque Euangelicorum consiliorum, atque Ec-

cle-

clesiasticarum legum contemptu, conuersam, peruersamq; demonstrabunt. Tanta proh dolor, fuit temporum pestis, hominumque deceptorum furor! Centum triginta, vel quod parum excedit, anni sunt, quod, commotis in Suecia, & Dania domesticis rebus, extranei regis iniqua tyrannis, ex hac ipsum exclusit, in illa sceptrum ad veram regum antiquorum stirpem hæreditario iure transferri effecit: & sic gliscente tunc per Germaniæ prouincias quasdam nouo Lutheri dogmate; idem in hoc regnum, ad hos populos breui transuectum fuit. Hi itaque populi, qui se septingentis quasi annis, Catholicam fidem ab omnium matre Ecclesia Romana acceptam laudabili summaque constantia coluisse agnoscebant; paulatim ad aliam maioribus ignotam doctrinam, ad aliud, quod Apostolica sedes non tradiderat regimen; frustra se opponēte Romano Ponti-

tifi-

tifice, translatos pro lapsosque vix aliter sensissent, ni decor omnis sacrorum rituum, antiqua Ecclesiasticorum hominum sanctitas, ac reuerentia, in vulgarem, minusque decentem Christiana dignitate faciem, in dies mutata fuissent. Nouit ipse, qui regna de gente in gentem, de stirpe in stirpem transfert; quæ causa, quis finis, tam piam in Deum, tàm Ecclesiæ obsequentem antiquitus gentem; à via, quam benè laudabiliterque tot retro sæculis cucurrerat; ad aliam doctrinam, ad aliud regimen, quæ ab Apostolis non descendebant, tam breui annorum spacio, infœliciter seduxit. Referant quæso oculos cuncti, hi vero præcipuè, qui sacris initiati, Christo Domino in Sacerdotali, & Apostolis in Apostolica dignitate succedere se putant; referant inquā oculos, ad celeberrimos priorum temporum, antiquiorisque ordinis sui viros; Herbertum Linco-

pen-

pensis; Sanctũ Sigfridum, Aeschyllum Vvexionensis; Brynulfum Scarensis; & tot alios Episcopos, præter Stephanum primum Vbsaliensis Archiepiscopatus Antistitem, ac regni Suetici metropolitam. Vt vnde illi dignitatis characterem, inde & virtutum religionisque præcepta accepisse recordentur. Referant etiam oculos ad insignia illa sanctitatis clarissimæ exempla, regem suum Ericum, & Brigittam regio sanguini iunctam: inter quos, si illum Martirij corona sublimem cælo constituit; hanc Christi Saluatoris nostri familiaris communicatio, ac prophetiæ gratia illustrē reddidit; vtrunque Catholicæ Ecclesiæ communio, orbis vniuersi venerationi ac cultui proposuit. Euoluant deuotius si placet, quem adhuc sine honore debito conseruant Sanctissimæ fœminæ reuelationum diuinarum codicem; quem si diuini potius spiritus afflatu, quã hu-

Vide Reuel. l.3.c.26.lib.7. c.19.l.5.c.12.

humanæ ſapientię dictamine compoſitum inuenerint: diſcant quo ſpiritu, hęreſis peſtem, animarunque ruinam deplorans, alterius cuiuſquam genij libertatem, quam Romanę Eccleſię veritatem, & vnionem, ſeueriſſimè deteſtata fuerit. Sed ne fruſtra, pręterita tempora, amisſaque bona plangam; in Domino potius cõfido, eumq; ardẽtius exoro; vt redeat antiqua vnitas, vtque quam citius fiat, quod futurum ipie promiſit: *Vt vnus ſit Paſtor, vnumque ouile, ſitque credentium cor vnum, & anima vna.*

Ioan. c. 10.

CAPVT II.

TRanſibo nunc ad alia, quæ licet virtutem non faciunt, fouent tamen, & excitant; ita vt parentum virtus, quæ cum ſanguinis nobilitate licet transfundi non poſſit; diſponat nihilominus, filiorumque indoli occulta naturæ vi ſe cõmuni-

municet, vt riuulorum aquis fontes, fructuum bonitati, arborum excellentia. Sicut autem Poetarum cecinit suauissimus. *Et genus, & proauos, & quod non fecimus ipsi Vix ea nostra puto*. Stoicorum vero grauissimus: *Quis Generosius inquit? Ad virtutem bene à natura compositus. hoc vnum est intuendum: animus faciet nobilem, cui ex quacunque conditione supra fortunam licet surgere*. Ita non minus Sapienter sensisse Philosophorũ principẽ probamus, *Quod generis nobilitas, apud omnes in honore habetur estquè consentaneũ ex melioribus natos esse meliores*, hac videlicet cautela; vt nisi indolem erectã sollicita educatio adiuuerit; meliores genere, inferioribus reddi queant cõditione deteriores? Quot enim ætas nostra generis antiquitate præclaros, aut fortunæ magnitudini impares, aut aduersus vitiorum impetus imbelles ostendit? Quot etiam alios vix ciuitati suæ notos,

Ouid. l. 13. methamorph.

Seneca Epist. l. 5 ep 44.

Arist. 3. polit. c. 8.

ingenij ſublimitas, animi fortitudo, ac prudentia, in orbis ſcęnam protulit, maioribus quoque pręṫulit, immò nobilioribus reddidit illuſtriores. Vtroſque igitur ſua laus manet, dummodo in primis ſuorum non deſinat nobilitas obſcurè viuendo; in ſecundis ſua nouitas, magna virtute incipiat, aut rectè agendo laudabiliter cōtinuetur; vel vt pręclarè Chryſoſtimus ait *ille pæclarus, ille ſublimis, ille tunc integram ſuam nobilitatem putet, ſi dedignetur ſeruire vitijs, & ab eis ſuperari*. Mihi equidem, vt Dauidico illo vtar, *funes ceciderunt in præclaris, etenim hæreditas mea præclara eſt mihi*; dum adoleſcentem me, parentum genus honeſtum, ac nobile; hęreditarię facultates ſatis copioſę; (& quod magis ad virtutem confert) probitatis moralis, ac ciuilis domeſtica exempla, ad vera animi bona acquirenda, maturius, crebriuſque ſollicitarent. Inerat certe puerili

Pſalm. 15.

ad-

adhuc animo, tanta recti, honestiquè cupido; vt quamuis eum literarum studium varijs aliorum moribus contubernio educationis misceret; numquam tamen, nisi ad meliorum familiaritatem, aut emulationem auidius inclinaret. Proinde quamquam illis temporibus studiorum non satis exquisita methodus traderetur; eò quòd ingeniorum scientiarumque delectus, aut ignoraretur, aut negligeretur: tamen non impar ingenio discendi auiditas, prima bonarum litterarũ septa satis fæliciter deuicit: donec iudicium, ætas, atque eruditorum domi forisque virorum consilia, & institutio; magis, magisquè erigerent, atque illustrarent.

Profectò mirum est, quantum ad perficiendum etiam mediocre ingenium, magistrorum industriam, docendique methodum conferre videamus: vt si vtroque, breuitati vitæ nostræ ritè consuleretur; citiùs

N. Plato l. 1. de repub. Eminẽtissimũ supra reliquos magistratum esse dixit instituendũ ad quos ingenia examinanda adducerẽtur. Aristot. non partẽ, sed totum reipub. bonũ in hoc positum esse asseruit.

B 3 ma-



maturescere hominum iudicia, experientiæ quoque documenta breuiora proculdubio cognosceremus. Si enim plerisque in regionibus fructus, plantasque natura sua tardiores, colentium industria & labor ante tempus ordinarium producit. Quid hominum animos diuinitatis aliquid habentes; aut huius virtute, ac speciali gratia; aut aliorum hominum arte, & præceptis, maximarum rerum capaces reddi posse dubitamus? Mitto eam, quam antiqui formandis ingenijs curam, & sollicitudinem adhibuere: nostris sanè temporibus, vbique vsu probatum est, nec facilius bona ingenia clarescere; quàm cum ijs artibus imbuuntur, quibus natura sua maximè idonea reperta fuerunt: nec vllibi fælicius publico regimini consuli; quàm vbi suæ cuique arti, & scientiæ, proficiendi modus præscribitur; vt cum in aliqua quisquã singulari gradu præminerit; honoris,

Vide Anton. Posseuin. Biblioth. selectæ l.1.c.3.& seqq.



ris, præmijque debitum terminum, iure, non ſorte, aut fauore adipiſcatur. Hinc in melioribus Europæ noſtræ regnis, mirabilem venerabilis illius Societatis Ieſu, vt in alijs ità prçcipuè in nobiliſſimis ingenijs delectum, ac inſtructionem; adeò florere, exercerique intelligimus. quia cum ſuo cuique ſtudio, aptè vnumquemque accommodant, minus fortuna fælicem induſtria iuuant; pinguiori verò Minerua præditum, ad ſummā Sapientiæ claritatem breui attollunt: non immeritò, & diſcipulos, & magiſtros, apud ſummos & inter ſummos venerari; apud inuidos vero, ac inertes, vel timeri rectiſſimè, vel calumnijs fruſtrà laceſſiri experimēto probamus.

Iuuat hçc omnia plurimum, matura ad extraneas terras peregrinatio; his præſertim conueniens, ac pænè neceſſaria, qui ad ſumma rerum dirigenda, & tractanda, naſcendi ſorte vel ingenij fœlicitate

destinantur. Nam quemadmodum historiarum studio, communem regionum hominumque naturã addisci; ita singulorum conditionẽ, & agendi varietatẽ, non aliò quàm familiaritatis commercio penetrari; *tutiusq; oculis quàm auribus credi*, Mater omnis prudentiæ experientia edocuit. At vero, sicut in re tam diffusa, atque apud singulas nationes diuersa, certum aliquid tradere, temeritatis plus habere quàm ingenij videatur. Ita mihi curiosa quadam inquisitione persuasum tenere liceat; apud Belgas literaturam, & variarum rerum inuentionem; apud Gallos philosophandi, operandique dexteritatem; apud Hispanos Scholasticarum, ac Moralium scientiarum profunditatem; apud Septemtrionales populos, Exoticarum linguarum studiũ & facilitatem; apud Italos denique Politicæ perspicacitatẽ, perfectiùs inueniri. Quæ cuncta, si cunctis me-

Iustinian. Institut. de gradibus §. fin. Veritas magis oculata fide quã per aures infigitur in hominum præcordijs.

Item Horatius de arte v. 180. Segnius irritant animos dimissa per aures. Quam quæ sũt oculis subiecta fidelibus.

merentur esse commendatissima; ita singula singulis, pro naturæ, cõditionis, facultatumque ratione, acquirendo futura erunt facillima. De peregrinationibus denique, nõ est, quod cuiquam persuadere multum laborem; cum ad illas sponte, vel tepidissimum quemque (cui nõ fuerint res angustæ domi) seu mentis delectatio, & curiositas; seu sciẽtiæ cupiditas, fortissime trahat, & inuitet. Nostris equidem populis, qui Septentrionem incolimus; aliarum nationum bello paceque commercium, non vicinas modò, sed & longinquas regiones adeò patefecit: vt se minus fælicem, clarorumque hominum consuetudine dignum existimet; qui Germaniã, Belgium, Angliam, Gallias maximè, immò & Italiam non perlustrarit. Quod cum ex temporum negociorumque opportunitate priuata, laudabile valdè iudicetur; sic ex vtilitatis publicæ varietate commen-

mendare maximopere non dubitamus. Si enim tempora accuratius pensantur; quæ cedò opportuna magis futurorũ prouidis, quàm ea, quibus belli, & pacis artes parantur; apud hos etiam, quos nunc amicos, aliquando iterum pro hostibus habere possumus: dum hostiũ vires, consiliaque nouisse, benè rei gerendæ medium, victoriæquè parandæ principium, politicarum rerum magistri, existiment. Honestos sanè pro hoc fine titulos, & peregrinationis priuatæ, & legationis publicæ, minùs verò licitum, in alienis regnis largitio, vsu probatos fuisse experimur; vt si verum enunciare liceat; audeam dicere, omnibus sæculis, summos principes hac potissimum arte ex regiarum suarum speculis alienis imperijs insidia struxisse, suaque quamplurimùm pro vt libuit auxisse. Alia nunc bona, quæ ex nobili hoc peregrinationis exercitio, in publicam salutem conuer-

uertere prudens quiſque peregrinator poterit; ea & opulentiam,& ſplendorem ciuilibus,reuerentiam quoquè pietatemque Eccleſiaſticis rebus adferre poſſe, nequaquam dubitandum relinquitur:dum hinc expulſam multarum nationum barbariem; hinc inuectam morũ animorumque ciuilitatẽ, hiſtoriæ omnium temporum, ipſius etiam peregrinationis ratio, & experientia, vbique, abundè, manifeſteque doceant. Hoc nimirum medio,olim Romanam, Græcamque rempublicam, externis legibus formatam; poſterioribus ſęculis Venetam,grauiſſimis moribus; recẽtioribus Batauicam, opulentiſſimis commercijs auctam; pleraque Europæ regna, prudentiſſimis conſilijs, laudabili regimine,hinc inde peregrè adducto, creſcere in dies ac florere magis, experientia teſte, clariſſimè cernimus.

CA-

CAPVT III.

SEd ne me longius peregrinationis iucunditas trahat, reuertar ad negocium meum, vndè proxime digressus sum, recensendo studia adolescentiæ meæ, quæ in humanioribus, vt dicuntur litteris, priuatim, quàm publice exacta superuacaneũ foret recensere; nisi quod ad ornandum animum eruditione & acumine conducere solet, hoc meum etiam, ad pietatis semitas, & religionis principia inuestiganda excitasse, tamquam præuenientis gratiæ indicium, hoc potissimum scripto palam facere intenderem. Quippè cum historiæ vniuersalis, particularisque nationum lectio; diuinarum quoque scripturarum, tam priuata, quàm in publicis concionibus meditatio, adeò animum afficerent; vt præ cæteris omnibus, quæ teneros animos, vel exemplo-

rum

rum iucunditate, vel doctrinæ suauitate capere solent; mihi potissimum diuini numinis summam reuerentiam, gubernationis diuinæ maximam admirationem infunderent: iudico illa, aut naturalē pietatem magis accendisse, aut quod cupiditas altiora scrutandi certius persuadet, gratiæ quasdam scintillas paulatim immisisse. Quemadmodum enim, vt Psalmista ait: *Dominus soluit compeditos: Dominus illuminat cæcos*; ita doctor illuminatissimus Augustinus Sanctus in hūc locum; multiplices modos explicat, quibus mente cæcos illuminare solet Dominus, eosque ad hos potissimum quatuor reducit. Primum enim illuminat per experientiam cognitionis, Ecclesiast. 51. *In sapiētia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminauit*. Secundo per vnctionem dilectionis, Eccles. 2. *Qui timetis Dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda vestra*, quia Psal. 145.

vt

vt ait Christus Ioan. 4. *Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsũ.* Tertiò per collyrium Tribulationis, vndè Tobiæ 11. dicitur, quod oculi Tobiæ cæci, vncti felle piscis illuminati sunt; & Hierem. 6. *Per omne flagellum erudiens Hierusalem.* Quarto, nos illuminat per fidem incarnationis 2. ad Timoth. 1. *Gratia manifestata est nunc per illuminationem Saluatoris nostri Iesu Christi.* Quæ omnia considerans Apostolus dicit ad Ephes. 5. *Surge qui dormis, surge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Ego equidem, potuissem cum diuino Psalte Intellectum à Domino petijsse, vt scirem testimonia eius; nisi adhuc cum iuuene

1. Reg. c. 3. Samuele non dum sciuissem Dominum, neque reuelatus mihi fuisset sermo Domini. Tamen quia intellectus naturalis, in his quæ studio diligentiori pensitabat, affectus pietate iuuabatur; quicquid ad summi

mi boni cognitionem & amorem, tàm ex ſacris, quàm profanis literis, immo etiam ex quotidianis actibus, & ſucceſſibus proficiebat; id omne ſingulari, auidiorique magis colligebat diligentia, ſecretiorique recondebat ſinu; vt verè Pſaltem dixiſſe nunc intelligam, *Mirabilia teſtimonia tua Domine, ideo ſcrutata eſt ea anima mea. Quis enim* (vt benè hunc locum commentatus eſt Auguſtinus) *enumerare poteſt teſtimonia Dei, Cælum, Terra, & viſibilia & inuiſibilia opera eius, quæ omnia dicunt teſtimonia bonitatis, & magnitudinis eius? Et ipſe curſus frequens vſitatuſque naturæ, quamuis mortalibus conſuetudine viluerint: Tamen ſi eius conſiderator aduertat, omnia teſtimonia perbibent Creatori.* Hæc ipſa teſtimonia fuere, quæ ſicut electos à Deo omnes, ita hunc ſingulari conuerſum fauore Doctorem, non ſolum ad veritatis Catholicæ agnitionem, & amplexum; ſed etiã Pſal. 118

à mun-

à mundani amoris ſeruitute, ad diuinæ vnionis altitudinem efficaciſſimè euocauit, atque perduxit. *Quia enim*, (vt ipſe Deo confitetur) *feciſti nos ad te: & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te.* Ideoque rectiſſime ſubiungit. *Da mihi Deus ſcire, & intelligere, Vtrum ſit prius inuocare te, an laudare te, & ſcire te prius ſit, an inuocare te: an potius inuocaris, vt ſciaris.* Huiuſmodi ergo irradiata mens mea lumine; Creatorem, Redemptorem, atque Sanctificatorem vnum Deum, eo maiori dignum laude, honore, ac cultu iudicabat, quo maioribus ſe humano generi beneficiorum titulis notum, amabilemque feciſſe intelligebat. Vnde cuncta, quæ de interno cordis affectu, aut in Scripturis legebat, aut in concionibus templorum audiebat; externi cultus magnificentia & veritate expreſſa, ſummopere videre geſtiebat. Hinc delectari quamplurimùm ani-

Confeſſ. l. 1. c 1.

animus templorum ſplendore, ſacrorum rituum ornatu, & decore; quali adhuc in adoleſcentia mea, ex nupero religionis naufragio remanſiſſe contingebat: verè cum Rege Propheta dicere potuiſſem: *Dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ*. Pſalm. 25.

Hinc quoque ad altiora religionis paternę, aliarunque gentium principia ſcrutanda; non magis curioſitate quadam, quam pietatis ſecreto affectu exardeſcebam. Et quia Vnum, Verum, Bonum, laudari à Philoſophis, ab humana voluntate maxime appeti, ab intellectu inueſtigari poſſe aduerterat, ideo dilgẽtius hęc, quę in hiſtorijs, in colloquijs, & ſermonibus quotidianis, de religionum varietate, & multiplicitate narrabantur; tanquam magis incongrua, & abſurda, adnotabat. Tradebant patrię Scriptores celeberrimi, Ioannes, & Olaus Magni fratres; adſtipulantibus Saxone

Gramatico, alijsque externis; quēadmodum gens noſtra bellicis ſtudijs ferox, gentilitatis ſuperſtitionibus ferax; mira fęlicitate Chriſtianam fidem, religionemque Catholicam, imperante rege ſuo centeſimo Biorno, anno ſalutis 816. circiter ſuſcepiſſet: Apoſtolis vt ita nominem id procurãtibus, Herberto primum Lincopenſi Epiſcopo, ac fundatore; mox Anſgario Hamburgēſi, Bremenſique Antiſtite. Cui Sancto viro, ſicut Chriſtianę doctrinę principia, debere ſe multæ prouinciæ Septentrionis negare non poſſunt; ita Eccleſiaſtici ordinis dignitatem, qua adhuc in ſchiſmate ſuo Sueciæ regnum præ cęteris integrius aliquantum gaudet; Hamburgēſis Eccleſiæ Archiepiſcopis, Romanæque Sedis Legatis, ac Vicarijs in his partibus: acceptam in primis ferre, nequaquam inficiari audebit; donec a Romanę Sedis Pontifice Alexandro 3. proprij Archiepiſcopatus, ac Me-

Adamus Bremen. l. 1. Chron. c. 49. & ſeqq. Albert. Crãtz l. 20. hiſtor. Saxon. Saxo Grammat l. 2. c. 25 eto. Ioan. mag. hi. Sueo Goth. l. 17.

Metropolitæ dignitate, (procurãte pijßimo Rege Carolo) Suecię regnum extolleretur. Aliunde enim hanc, quam omnes Christiani doctrinæ, ac clauium succeßionem venerantur; quam legitima authoritate, & continua traditione à Christo per Apostolos dimanasse, imprudẽter, impieque asserere præsumerẽt. *His quippe in Ecclesiæ Presbiteris obaudire oportet*, monebat Iræneus *qui succeßionem habent ab Apostolis: reliquos verò qui absistunt à principali succeßione, & quocunque loco colligũtur, suspectos habere, vel quasi hæreticos, vel quasi schismatos.* Item: *Traditionem itaque Apostolorum in toto mundo manifestatam, in Ecclesia est perspicere omnibus, qui vera velint audire; Et habemus enumerare eos, qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi in Ecclesijs, & successores eorum, nota, vsque ad nos qui nihil tale docuerunt, quale ab his per deliriũ traditur.* Durauit autem hęc relligionis facies

l. 4. c. 43.

l. 3. c. 3. & seqq

ab Ecclesia Romana accepta vsque ad decimum quintum sæculum nõ quidem imperturbata, sed inconcussa adeò, vt principum, priuatorumque pietas, tot sæculorum decursu, gelidum illum Siluestremque Septentrionem diuini amoris igne exardescentem; diuini cultus splẽdore ac magnificentia corruscantem, admirabili zelo laudabilique æmulatione reddiderit. Templorũ enim monasteriorumque sumptuositas, ecclesiasticarum dignitatum beneficiorumque opulentia, plurimorum denique hominum vtriusque sexus religiosissima sanctissimaque vita, aut tunc maximè floruisse veram religionem, aut nunc maximè deficere, monumentis, ruderibus, experientia quoque collatis temporibus attestantur. Narrabant porro Seniores, quod à patribus suis acceperant; antiquæ religionis mutationem, circa an. 1520. nouis ex Germania admissis magistris,

N. Insignes reges pietate in Ecclesiam ac ministros Sueciæ. Ericus Oersel. Olaus SKotKonung. Suercherus, cum filio Carolo notabilissimo. Canutus S. Erici filius. Ericus Balbus. Magnus *Ladulas* &c. qui omnes in historia Gothorum legi possunt apud Ioannem Mag.

ſtris, vel adſcitis à rege, eccleſiaſticum ordinem antiquo honore opibuſque exutum ſæculari conſtituiſſe inferiorem: nouo dogmate, cuncta Eccleſiæ Romanæ præcepta, vt iniqua, vt ſuperſtitioſa, vt diuino denique Verbo contraria proclamaſſe. Confirmabant narrationem iſtam ſuperioris ſæculi Scriptores vnus, aut alter, Sleidanus, Chytreus; qui rem geſtã in Germania à Martino Luthero, Philippo Melanthone, Ioanne Caluino, alijſque coætaneis conſignarunt literis, dabanturque à præceptoribus legendi, vt ſimul cum latinitate hiſtoriam imprimerent Euangelicæ illius vt ipſi vocabant reformationis. Addebantur præterea Dieterici cuiuſdã cathechiſmus, Haffenraferi Hutterique loci communes, ac controuerſiæ, alijque ſimiles illis commentatores; qui vt dogmatis Lutherani (quod Sueciæ regnum ſub Guſtauo Primo, ſuo à Danis vindice, le-

In Testamento & vnione Gustaui Primi, & Concilio Vbsaliensi an. 1593.

ge & iuramento, sub Augustanæ Confessionis inuariatæ titulo acceptauerat) defensores strenuos agebant; ita contra Romanæ Ecclesiæ authoritatem, & doctrinam, calamum acerrimè strinxerant. Eadem ista in publicis, priuatisque exercitationibus, certis diebus identidem proponebantur: & cum aliquis insuper de religione sermo texeretur; de Papa, de Monachis, alijsque Ecclesiæ Catholicæ gradibus, sales amari aspergebantur: adeò vt vel liuoris, vel nimiæ amaritudinis, vel calumniæ titulis facilè excusari nõ possent.

Hæsitabat ad talia præceptus pietate animus, qui licet ignarus adhuc singulorum, de quibus falsi arguebatur Romana Ecclesia dogmatum: religionem tamen, quam Vnam, Veram Optimamque, diuina Sapientia, Saluatorisquè benignitas instituisse credebatur; aut erroribus obnoxiam, aut temporariam

riam reliquisse, nequaquã sibi persuadere poterat: exclamante in aduersum Augustino, *quod veteres inuenerunt in Ecclesia, tenuerunt; quod didicerunt, docuerunt; quod à Patribus acceperunt, hæc filijs tradiderunt.* Accedebat, quòd vnius alteriusquè viri authoritas, vniuerso vel maiori orbis parti opposita; magis suspectam de nouitate opinionem reddere, quàm tot sæculorum successione fidem atque authoritatem, labefactare & infringere posse; Ratio & exempla monstrabant. Tantæ enim esse authoritatis inter mortales Vniuersitatis consensum, antiquitatisque honorem ignorare non licet; vt si Antiquissimus Doctor asserere non dubitauit *id esse verum quodcumque primum, id esse adulterum quodcumque posterius:* humanæ etiam leges, ideo earumdem correctionem summè caueant vitandam; dum Correctores, non modo ipsa sua nouitate suspectos,

l.2. aduersus Iulianum.

Tertullianus ad praxeam. L. si quando. Cod. in off. test. l.1. Cod. in off. L.præcipimus in fin. Cod. de appellat. c.1. de noui operis nunt. cap. Cũ expediat. de electione l.6. Menoch. de adipiscenda possessione remed.4.n.21

ſed etiam tamquam reos publicæ perduellionis, infamia, ſupplicijſque alijs grauiſſimis puniendos arcendoſque declaret. Inter Christianæ fidei profeſſores, ſi quis vnquam negauit primã à Deo Iudaico populo reuelatam veritatem; hinc in temporis plenitudine gentibus vſque ad vltimas orbis noſtri partes continua ſucceſſione prædicatam; diuinas ſcripturas, quæ per manus hominum admirabili prouidentia à generatione in generationem ad nos peruenerunt: hæc inquam principia, à primis legislatoribus & prophetis in veteri teſtamento vitiata; aut in nouo ab Apoſtolis, eiſque ſuccedentibus Viſibilis Eccleſiæ Paſtoribus ac Doctoribus falſificata; ſi quis aſſerere auſus fuit: eum omnium hiſtoriarum memoria, anathemate damnatum fuiſſe, omnium quoque ſaniorum iudicio, temeritatis aut inſaniæ ſuſpectum reddi, probatione

in-

indigere non existimo Deum enim sapientissimum veracissimumque reuelatæ fidei authorem, aut ambiguum fuisse in reuelando, aut incautum in conseruando veritatem reuelatam, eamque quorumlibet hominum, temporumque vicissitudini, quæ numquam in eodem statu permanet relinquendo; vt opinari impijssimum, ita docendo propugnare sæuissimis quibusque supplicijs dignissimum, quis non aduertit? Quærerem ego an Veritas Domini, quæ manet in æternum, à singulis hominum, an à singulari quodam cætu, multiplicibus credibilitatis caracteribus signato, securius conseruetur? Quærerem vltra, quò fine omnis fons sapientiæ, cum edixerit Sapiens, *ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui*, antiquam legem & scientiam, non vagam cuilibet ex populo cõmendauit; sed vt à propheta dictum est: *Labia Sacerdotis custo-*

Quis vmquam non dignus est anathemate iudicatus, vel adijciens vel detrahens Catholicæ fidei? B. Celest PP. in Concil. Efesin. p. 1. epist. 18. ad Nestor.

Salomon Prouerb. cap. 22. n. 28.

Malach. c. 2. v. 7.

Aggai c.I.v. 12. *custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius: Item interroga Sacerdotes legem?* 2. Paralip. c. 19. *Vbicunque quæstio est de lege, de mandato, de cæremonijs, de iustificationibus: O, vos Sacerdotes ostendite eis ne peccent in Dominum!* Quo fine, omni tempore, certum aliquem cætum, suis rectoribus, ministris, legibusque ordinatum, pro traditæ suæ veritatis custodia constituit; nisi vt Apostolus scripsit, D.Paulus ad Eph. c.4. *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores, & doctores ad consumationem Sanctorum, in opus miuisterij in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei* &c. Epist.I. ad Titum c.9. Item de Episcopo monuit, *vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere*. Vnde Sacerdos veteris testamenti in rationali, duo hæc verba inscripta habebat: Vrim & Thumim. i.e. *Doctrina*, & *Veritas*,

tas, ſeu *lumen*, & *plenitudo*, vt vertit Origenes. Quia verò Confeſſione Veritatis Catholicæ à me edita, hoc argumentum pro concepta ibi breuitate latius deduxi; ſatis mihi hoc loco erit, eundem tantum lapidem mouiſſe; cum vniuſcuiuſque Chriſtiani fortius quàm Philiſtæi frontem Dauidicus ille feriat: eò quod ſtrenuori dextera Chriſti Domini è paſtorali eius pera depromptus, omnium contradicentium perfrictis frontibus infigatur.

CAPVT IV.

AST dum multos, de quibus Saluator dixit: *Et multi Pſeudoprophetæ ſurgent, & ſeducent multos;* Matth c. 7. *Prodierunt ex nobis, ſed non erant ex nobis, quia ſi fuiſſent ex nobis manſiſſent vtique nobiſcum:* 1. epiſt. Ioan. c. 2. v. 19. & 20. Omnes quidem clamātes audio, Hic eſt Chriſtus, hic Chriſtianæ veritatis conſtantia, & perpetuitas; ne in tam

ne-

necessario præstantissimę cognitionis fundamento nouos se aut incertos esse prodant: Maxima tamen observatione dignum erit illud Irenei. *Cum autem ad eam iterum traditionem, quæ est ab Apostolis, quæ per successionē presbyterorum in Ecclesijs custoditur, prouocamus eos, qui aduersantur traditioni, dicunt se non solum presbyteris, sed etiam Apostolis esse sapientiores, sinceram inuenisse veritatē.* Itaque redeo ad quęstionem; qua via, quo lumine, quo signo demonstratiuo, infidelis ad rectam fidei doctrinam securus accedat? An securius cuilibet se Christiano cętui coniunget, quem sors obtulerit; an ad eminentiorem aliquem, inter ceteros magis notum; Authoritatis quoque, possessionis prescriptionis immemorabilis, alijsque, quamplurimis titulis, fidem facientem rectius dirigetur? An si in scripturarum, & eloqiorum sacrorum dubia inciderit; certius plu-

l.3.c.2.

rium

rium opinandi varietati, quam vnius supremę authoritatis cõstanti iudicio aquiescet? An si Christum dicentem legerit. *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiã meam. Petre pasce agnos meos*: aliud quam singulare aliquid in Petro constitutui eique committi concipiet? An facilius sibi persuadebit, authoritatem illam Pastoralem, & Ecclesiasticam, in angulo quolibet Orbis conseruatam, velut in Caci ac Tryphonis antro latuisse, donec nouissimo quoque sęculo renata in lucem prodierit, ac nota facta sit? An potius Ecclesię alicui visibili rectius conuenire iudicabit testimonia clarissima, quę prædicta legit: *Hæc est Ciuitas supra montem posita, quæ abscondi non potest: Hic est mõs domus Domini præparatus in vertice montium, & eleuatus super omnes colles, omnibus conspicuus, ad quem fluent omnes gentes*: Cu promissum fuit: *Et ecce Ego vobiscum sum omni-*

Matth. 16.
Ioan. 21.
Vide Nicol. Sander. de visibili, & corporali monarch. Eccles.: & August. l. 3 aduersus Donat. de Bapt. c. 2.
Matth. 5.
Isaiæ c. 2.
Matth. 28.

bus

bus diebus vsque ad consumationem sæculi: de qua Apostolus affirmauit: *Hæc columna est & firmamentũ veritatis*. Ex qua omnes gentes quotquot Christi fidem profitentur, doctrinę, morumque pręcepta, singulis sæculis accepisse: In cuius societate tot fidei veritatis, sanctitatisque operum exempla;& martyrij tolerantia insignes, à Christo Domino, vsque ad tempora nostrà claruisse, ex omnium gentium, atque sęculorum Scripturis cognouerit. Ego itaque, vel alius quisque fuisset veritatis cupidus, salutisque anxius qui mutationem religionis nuper factã,à senioribus audijsset; qui antiquam non interruptam seriem, per tot sęcula vsq; ad Lutheri principia; in patrijs, extrarumque gentium historijs obseruasset; qui examine aliquo diligentiori, in Scripturis doctrinam, homines per manus,per ætates, scripturas accepisse, notatis circumstantijs ponderasset:

Paulus ad Timoth. ep. 1. c. 3.

Vide August. t. 2 ad Vicent ptopemed. ep. 48.

quo

quo modo animo non hæreret, fideique aliquam certitudinem sollicitè magis exquireret; cum passim obaudiret, aliam esse Christianorū Ecclesiam, quæ continua successione à Christo, & Apostolis descendens, cęterarum omnium Mater, communi fama Catholica & Apostolica dicebatur: aliam vero nuper ab ista priori & antiqua recessisse, Authore quodam priuato, statusque sui monastici desertore. Certe tot simul argumenta efficacia sunt, animum quemcumque erectum commouendi; vt si tolleres tepore, sęcularia vincula dissolueres; nouerim non paucos, qui nuuc fidem particularem cum honore & opibus colunt; Catholicam illam, vt vnicam & verissimam, cum erroris proprij detestatione, ore pleno pro fessuros, atque recognituros. Videtur, autem non inepto testimonio prædictæ assertionis fidem facere ipse etiam Lutherus; dum super

simil

simili consultatione interrogatus, ad eruditũ illum Erasmum sic aliquando scripsit. *Ex parte Catholicæ stat eruditio, Ingenium, multitudo, magnitudo, altitudo, fortitudo, Sanctimonia, miracula, & quid non? Ex mea vero parte vnus Vuicleff, & alter Laurentius Valla (quamquam Augustinus, quam præteris, totus meus est.) Sed isti nihil ponderis habent præ illis, reliquus est Lutherus vnus priuatus, nuper natus cum suis amicis, in quibus neque tanta eruditio, nec tantum ingenium, nec miracula vt ne claudum vnum equũ sanare queant.* Nihil *igitur apud nos, quàm vt lepus ad philomelã damnatam dixit: Vox es, præterea nihil. Dicunt enim, & hoc solo ais sibi credi volunt. Fateor mi Erasme te non immerito istis omnibus moueri.* Insuper in prefat libri de abroganda missa: *certè* inquit, *res peregrina est, contra authoritatem tot sæculorum se opponere, contra iudicia tot hominum & virorum*

anno.1525.l. de seruo arbit t 2. Lat Virtemb.fol.469 col.2.

Tom: 2. dag. 245.

rorum eminentium; Quoties cor meum palpitare sensi, quando forti hoc argumento vrgeri me videbam, Tu ne solus Luthere sapis? fieri ne potest, vt tot homines vniuersaliter errauerint? Tot secula ignorantiæ tenebris obducta fuerint? Quid clarius? Quid adhuc egemus testibus.

Vide plura eius testimonia notabilia Tomo 2 Vuitẽberg. f. 219 T. 1. fol. 12. Tomo Ienen. 7. fol. 266. t. 3. f. 320. item Confess. August. art. 7. et 21. Tom. 4. V. Vitemberg.

Quamobrem ęternales tibi gratias ago Sapientissime, ac misericors Deus; qui *intellectum das paruulis, & abscondis hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelas ea paruulis;* cuius prępentus singulari gratia, *ego paruulus, & contemptus, super omnes docentes me intellexi. quia mandata tua exquisiui.* Quid enim aliud hoc erat, quàm scintillantis vocationis tuę signum; quod patrias, peregrinasquè, aut Sacras etiam historias lectitanti, illę tantum memoriæ firmius hærebant, affectum pietatis maximè commouebant; quę cultus tui magnificentiam, quæ misericordię tuę abundantiam, quæ

deniquè hominum aliquorum deuotas actiones pro mundi comptẽptu cęlestiumq; acquisitione commendabant, *Ignitum profecto eloqiũ tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud*. tu nosti, quantum fleuerim, cordisque intimo compunctus fuerim, quoties in concionibus publicis magni illius diuinique planè Apostoli conuersionem prędicari audiebam; eo quod illum tibi ex persecutore Apostolum, ex raptore spolium, ex malitię instrumento, vas electionis singulari vocatione mirabiliter effeceris. Quoties intelligebam, Doctorem maximum Augustinum Manichæa hæresi infectum, libidinis retibus illaqueatum; ab errore ad veritatem, à mala consuetudine ad cęlestis vitæ professionẽ, doctrina & gratia velut gradatim processisse. Præterea quoties inter Iudaici populi gesta, cultus tui splẽdorem à te mirabiliter commendatum; cęremoniarum legumque obser-

ſeruantiam à particularibus ſtrenuiſſimè deſenſam; inter maiorum noſtrorum memorias, ſingularem Eccleſiæ Romanæ reuerentiam; quam plurima vitæ virtutumque ſupernaturalium exempla legebã: commouebatur vehemẽter talium narratione iuuenilis animus, & intellectus aciem in præſentium, prę̨teritarumque rerum conſiderationem verſabat, intendebatque. Modò omnem cultus tui externi elegantiam ſublatam; modo eccleſiaſticum ordinem nulla ſanctioris vitæ differentia à ſeculari diſtinctũ; modò monaſteria, ſocietates, collegia, perfectius Chriſtianæ vitæ excolendæ intento conſtituta; communi tantum viuendi conſuetudine immutata, vel abolita admirabatur. *Sed quia narrauerunt mihi iniqui fabulationes, non vt lex tua;* omnia illa ſuperſtitionis titulo expulſa fuiſſe audiebam quidem: Tę autem voluiſſe humanis tantum

figmentis vera pietate exclusa, in Ecclesia, quam pro animarum salute fundasti, totque seculis contra Inferorum portas preseruasti; voluisse inquam te tam grauiter offendi potius, quã coli: homines quoque decipi potius, & illudi, quàm vero cultu edificari, & saluari: nuper verò nouissimis hisce etatibus, cetum alium excitasse, à quo sine vllo externo maiestatis tuæ decore, aut testimonio; sine vlla sanctioris vite disciplina acceptius coli velles, difficulter valde, & egrè persuaderi, aut induci poteram. Memini quoties illud Prophetæ memoria recurrebat. *Ab ortu Solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus dicit Dominus exercituum*. Toties aliquid in sacris ritibus decoris, atque magnificentiæ mens mea desiderabat; quo interni

Malach. c.1. v.11.

terni

terni cultus submissio, magni nominis tui gloriam & maiestatem, externis signis clarius apertiusque declararet. Sed quia *Tu Domine intellexisti cogitationes meas de longe, cognouisti sessionem meam, & resurrectionem, & omnes vias meas praeuidisti*. Ideo magnificum illud de te sentire; mundanæ gloriæ fallacem transitoriamque apparentiam; tui vero nominis profundam reuerentiam; ęternæ denique veritatis tuæ ardentissimum desiderium; hęc te albis calculis in animo meo notasse, atque vt seruiret tibi pręparasse: misericordia & veritas tua, qua me postea complexus es, facilius nunc persuadent. Quis audienti ex Euāgelio tuo, arcta Crucis via, non sęculi delectamentis & vanitate ad ęternam cęlestemque patriam perueniri; mihi suggerebat aliquod esse viuendi genus ab illecebris & periculis mundanis magis tutum, ad vitæ Christi imitationem magis Psal 138.

compositum? Intellectus equidē, animæ quandam beatitudinem, quā Philosophorum sapientissimi in affectuum moderamine, & mentis tranquillitate ponebant, appetenter probabat; sed quia æternitatis cupido ex Euangelicæ doctrinæ lumine magis accendebatur; ideò ex hoc secretiora Sapientiæ tuæ consilia perspiciebat. *Habet quippe hanc efficaciam verbum tuum, gladius ille bis acutus, vt docens de temporalibus, & æternis, illorum consolationem in veteri, istorum perfectionem in nouo testamento promittat. Quod enim temporaliter nobis promissum est ad vnam partem gladij pertinet, quod vero sempiternum, ad alteram.* Vnde de hoc gladio dixit Dominus: *Non veni mittere pacem, sed gladium.* Quamobrem cum audirem, & legerem, honorum diuitiarumque contemptum, Castitatis integerrimæ, Abstinentiæ strictioris, aliorumque bonorum operum, Christia-

Glossa.

Matth. 32.

ſtianarumque virtutum perfectionem, voto perpetuo Deo offerre, ſeque ei hac ſeruitute, ſpe meriti præmijque æterni, dicare Catholicos: Euangelicos verò præcones Lutheranos, cuncta hęc ſuſque deque habere; communi viuendi libertate contentos: non minus horũ opinionem & vitam carnalem, ac mundanam; quàm illorum ſpiritualem ac cæleſtẽ, conſideratius ęſtimabam. Namque ponderare non deſinebam apud me ipſum, Euangelij illius veritatem: *Nemo duobus Dominis ſeruire poteſt:* exhorreſcebamque ad maximi illius Doctoris ſententiam *Difficile eſſe, immo impoſſibile, vt poſſit quis præſentibus bonis frui, & futuris; vt de delicijs ad delicias tranſeat, vt hic ventrem, ibi mentem repleat; vt in præſenti ac futuro ſæculo glorioſus appareat.* Hinc ſi turbidum ſæculi mare reſpiciebam; Ambitionis, Auaritiæ, libidinis, Gulæ, aliorumpue vitiorũ

Matth. 6. Lucæ 16.
Hieron. in ep

tot velut Euripos in eo diſcernebã, quos enauigare tutè, Sãcti Spiritus malacia, vt ſic dicam,& euangelica quadam ſcapha vehi ſecurius iudicabam. Rationis itaque lucerna monſtrante, & Sapientiæ tam humanæ, quam diuiæ lumine, hinc euangelicis conſilijs, illinc Stoicorum placitis rutilante, tranquillior aliquis vitę ſtatus dari videbatur, in quo et animæ quies in pręſenti & futurę gloriæ requies procurari, innumeraque ſęculi pericula declinari commodius poſſent. Quippe vt Ambroſius inquit, *Summus Sapientiæ finis eſt, vt ſimus mente tranquilli, ſũmus finis iuſtitiæ, vt iniquitas mẽtem iuſti mouere non poſſit*; & ſecundũ Hier. *vt nihil haberi libeat ſed calcatis curis omnibus ad videndũ faciem Creatoris ſui animus inardeſcat*; adeoque perfectius iuxta Apoſtolicã doctrinã ad Romanos, *vt in nouitate vitæ ambulemus, liberati a peccato ſerui autem facti Deo*

Vide Ariſtot. l. 1 Polit. Pli. l. 5. c. 17. de eſſenis. Franc. Petrarcha de vita ſolitaria

In Ezech.

cap. 6.

habeatis fructum vestrum in sanctificatione, finem verò vitam æternam Quam profectò viam sic petijsse Psalmistam, *Gressus meos dirige secundum eloquiũ tuum ne dominetur mei omnis iniustitia*, testatur Gregorius, & Augustinus, & mox clarius: *Deduc me in semitam mandatorum tuorum, quia ipsam volui*, Interprete Ambrosio: Taceo porrò ornatum, taceo commodum, quod vtrimque prȩuidebam ex sanctè instituttis religionibus, ex bene ordinatis monasterijs, in publicum redundare: dum religio & pax firmari promouerique; priuatorum decus & honestas iuuari fouerique his adminiculis posse, discursu assequebar. Adeò vt si perfectioris Christianæ vitæ semitam, quam Christus Dominus sciscitanti iuueni de salutis via ostendit, in dubium vocare voluissem; virtutum Christianarum officinas quasdam, immò familiarumque magnarum subsidia,

Psalm. 118.

Marc. c. 10.

ſidia, in cœnobijs ac monaſterijs cõſtitui, negare non fuiſſem auſus.

CAPVT V.

TEpeſcebat interdum ſublimis illa perfectionis Chriſtianæ eſtimatio, cum à docentibus contraria, frigida illa infunderetur, nimirum à te Domine dictum fuiſſe
Marci c 7. *In vanum autem me colunt, docentes doctrinas & præcepta hominum*, otioſam quoq; vitam edicto illi ad-
Gen.c.3.v.19. uerſari: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es*, & ſi quæ alia ex Scripturis extorta teſtimonia, aut de peruerſis monaſticæ vitæ cultoribus exempla, ad impugnandum hunc ſtatum proferri, vel etiam effingi poterant. Attamen non ideo recta ratio primam illam conſiliorum Euangelicorum doctrinam improbabat; cum in illis diuina myſteria ſuſpiciens, ad illam velut regulam hominum inſtituta refere-

N. Donatiſtæ Monachorum inſtituta deridebant. Contra quos tres libros ſcripſit Hieron et varia Auguſt.

re-

rebat. Deinde otiosæ professionis notam, Marthę & Mariæ studijs à Saluatore singulari iudicio discretis, immò ipsius Christi Discipulorumque eius, primorum etiā Christianorum exemplis diluebat; ita vt quod in illis laudabile diuini Spiritus charitas effecerat; id in posterioribus Sæculis, pro hominibus, viri sancti eodem Spiritu instructi, certis regulis ab authoritatem habentibus approbatis, salutiferum constituerint. Denique ineptè potius, quàm probabiliter, ex Genesis illo testimonio, regularis vitæ statū taxari agnoscebat; cū miserias vitę mūdanę in diuino illic iudicio pro inobedientiæ pęna pronunciatas protoplastis nostris; non viuendi secundum interiorem hominem & *secūdum Spiritum*, vt dixit Apostolus, posteritati eorum maximè in Euāgelica luce pręceptum datum, haud obscurè cōcludebat. *Lætabar igitur super eloquia tua, sicut qui in*

Lucæ 10.

Vide August. lib. 2. de pecca. merit. c. 23.

Romanor c. 7 & 8.

uen-

uenit spolia multa. nec moueri poteram aliquibus humanis casibus, qui maiores in Apostolico Collegio & passim in Scripturis annotaueram, neque in Psalmis frustra dici, *Pax multa diligentibus legem tuam, & nõ est illis scandalum*. *Qui enim*, vt ait Augustinus, *diligit Dei legem etiam quod in ea non intelligit honorat, & quod ei videtur sonare absurdè, se potius non intelligere & aliquid ibi magnum latere iudicat: ideò lex Dei non est illi scandalum, vt autem nullum scandalum omnino patiatur, non sic homines sanctæ cuiusque professionis attendat, vt fides eius ex eorum moribus pendeat ne aliquibus cadentibus* (nota) *quos pro magno habebat, ipse scandalum patiatur sed ipsam Dei legem diligat, & erit ei pax multa, nullumque scandalum. Securus enim diligit eam, in qua et multi peccant, peccare ipse non nouit.* Frequentes adeo erant cogitationes istę in iuuenili animo inter terrena & cęlestia desi-

Super Psalm 118

de-

deria ancipiti, vt quamuis ſæculi vanitatibus occupatus illectuſquè, ſubinde tamen eaſdem ſeria cogitatione faſtidiens, altioris vitæ veritatiſque communis cupiditate accenderetur.

Hinc quia parentum mors liberam ineandę vitæ electionem, & commodas ſatis facultates reliquerat; ideo, quod tunc magis homini aulicas fortunas ſectãti conueniens videbatur, iuuenilem inſuper animum peregrinationis deſiderio acrius ſtimulante: relinquendę patriæ, cæteraſque regiones adeundi conſilium maturius amplexus ſum. Inuitabat magis litteraturæ ſtudiũ apud Batauos celebre, eoque primum, viri cuiuſdam fama ſcriptiſque notiſſimi familiaritas attraxit: in qua variæ eruditionis ſtudio integrum triennium exactum fuit. In hoc itinere per Daniam, inferioriſque Germaniæ plurimas prouincias, licuit primas ignorantiæ velut

nebulas depellere, multaque dubia, curiosa inquisitione diligentique obseruatione elucidare. Admirabar imprimis Regnorum Sueciæ ac Daniæ confinia, angusto tantum limite discreta, adeò infestis inueteratisque odijs diuisos incolas continere: quamquam imperij vtriusque olim gentis in alteram experimentum, consuetaque vicinorum populorū æmulatio, majora inimicitiarum fomenta præstare, ex historicis exēplis obseruabam. Religionis harmoniam, quam eorumdem ferè tēporum vicissitudo, vtrique populo communicauerat, in eo potissimum sentiebam; quòd publicè Lutheranismus, priuatim aliæ quoque opiniones, magis à Romana Ecclesia dissonabant, quàm inter se conuenirent; quamuis etiā non deessent nobiliores quidam, qui ex commercio Catholicorum huic religioni attemperatiores, aut suæ non adeo rigidi sectatores inuenirentur. Libet in-

inserere, quid mihi ad hoc iter proficiscenti, vir quidam inter Ecclesiasticos patrios insignis, & probitate, & eruditione, & honore inter cætera monita ingesserat, videlicet: Adeò fugiendum Caluinismum vt satius longe foret Papisticam religionem amplecti, cum minus à patria quam profitebamur recederet; alteraque multas impietates contineret. Cæterum dum Hafniæ splēdidæ solemnitati nuptiarum regiarum, conuentu maximorum principum Europæ celebrium interessem, obseruare potui axioma illud, *Cæterorum hominum in æquo stare fortunam, principum cuncta ad famā dirigenda*; ideoque magnificos illos apparatus varijs casibus permixtos, sæculi vanitatem & inconstantiam quam plurimū arguere. Porro traiecto Balthico freto amplas satis variasque inferioris Germaniæ prouincias, tā eas quæ mare illud cingunt, quàm quæ ad Rhenum excur-

cur-

currunt,breui tranſitu luſtraui;quę vt quondam terræ hominumquè vbertate fęcundæ, ita tunc diuturni belli vaſtitate humanæ miſeriæ mappam repreſentabant.Non libet cauſam funeſtæ deſolationis harum cæterarumque Germaniæ prouinciarum ab incunabilis repetere; dũ neminem quaſi rerum mediocriter peritum fugere queat; Turbatam religionem cæteras in tam diuiſo imperio turbas excitaſſe; vicinoſque principes in partes tractos, tot bellorum per Europam incendium conflaſſe. Hinc proinde natum animaduerti, quod dum rupta antiquæ religionis vnione, Lutheraniſmus varijs opinionibus fibulam laxauit; non ſolum Caluiniſmo ac Anabaptiſmo, ſed & plurimis in ſe ipſo ſectiunculis viã ſtrauerit.Adeo vt febrium criſibus comparatæ, videantur ſpem facere, poſt tot annorum acceſsiones atque mutationes, ægras illas mentes reddituras ſani-

ſanitati; aut dum Medicorum conſilijs magis accenduntur, principũque contentionibus & armis magis extenuantur, proprijs velut manibus interitum ſibi acceleraturas. Acceſſi ad alias prouincias, quas (dum libertatis nomen ſuper cæteros Europæ populos, armis & cõſilijs altius attollunt, tenaciuſque propugnant) non admiror patientius animorum illam ſcabiem, ſectarum nempè varietatem tolerare, ac velut fouere. Batauorũ enim reſpublica, quia externis viribus aucta diuerſarum dominationũ ſubditos commerciorum commoditate continet, viuendi proinde libertate etiam animorum erroribus fauere non dubitat; dum politicorũ axiomate excuſetur: *Salus publica ſuprema lex eſto.*

Equidem agitata ſatis varijs politicorum ſententijs, vtinam minus funeſtis experimentis inter Chriſtianos probata quæſtio viget. Vtrũ

multiplicis religionis tollerantia (quam Autonomiam ſeu libertatē credendi & conſcientiæ, ſæculi Sapientes nominant) fæliciorem reipublicæ ſtatum, quàm vnius ſtricta obſeruantia faciat? Quod ſanè non tàm ex æquo diuinoque honori reſpondēti præcepto terminari; quàm ex neceſſaria, aut vtili vniuſcuiuſque prouinciæ viuendi ratione permitti, temporum, hominumque infelicitas docet. Quia dum iſtud vnā fidem, ſicut vnum Deum ac vnum baptiſma colere præcipit; hęc quia humanis commodis auidius adhæret, aut tolerat facilius introductas pridem opiniones, aut in dies exurgentes non adeo zelanter repellit; promptiorque inuenitur aliquid de maieſtatis diuinæ quàm humanæ iure remittendi. Hinc pietatis tepiditas mentiumque in fide perturbatio, donec vt prouerbio teritur: *parua ſcintilla ingens excitauit incendium*, ac diuina ſic vindicta flagitan-

Vide Iuſtum Lipſium dialoghiſmo adverſus Diodor.

Andreas Erſtombergius Germ præſtāciſs. lib. tripartitum de Autonomia Germanicè. & *Latine* edit.

tan-

tante: *Tarda tandem tacitis pœna venit pedibus*. Minus necessarium existimo vetustioribus exemplis dicta asserere, dum Germanicum Imperiū hæc calamitas annis abhinc centum quadraginta, Galliam paulo minus, Belgium vix infra, Angliā nostris vicissim diebus miserè adeo afflixerit; vt si interrogare libeat, quis Regum, Principum, Statuum, Ciuitatum Prouinciarumque ruinam promouerit? responderi intelligas, religionis decoram speciem ab ambitiosis obtentui sumptam, cuncta Europæ mala inuexisse, verèque effari posse Europam nostrā, religione se fundatam, religionibus propemodum subuersam iacere. Et quamuis Batauia ista, de qua sermonem cæpimus, omnes quas infælix Europa nostra cognouit hæreses, sinu suo contineat: Vnam tamen Confessionem Belgicam, quam dissidijs Gomari & Armenij prouocata Dordracena Synodus, (vt vocāt) Anno 1619.

iuxta ſcripturam, & Catheciſmum, (intellige Heidelberghenſem) ex Caluini ſenſu excudit; velut propriam, ſuæque libertati conſeruandæ maximè accommodatam publicè agnoſcit ac profitetur. Reliquas vero quæ aut à Luthero, aut Arminio, aut Mennone, alijſque Anapbtiſtarum patronis nomen ſortiti ſunt, ideo in partibus haberi atque exercitij libertate permitti experimento habemus; quia Catholicæ religioni æquè aduerſæ atque infeſtæ creduntur. Hinc ſi cælorum regnum in Euangelio comparatur,
Matth. c.13. *homini negotiatori quærẽti bonas margaritas, inuenta autem vna pratioſa abijt & vendidit omnia quæ habuit, & comparauit eam:* quis dubitet, quin in hoc tam celebri, quàm opulento Orbis emporio, ſicut vndique aduectæ precioſæ merces, ita præcipua tum diuitiarum tum ſcientiarum veræ Religionis gemma, inter tantas ac tàm diuerſas eo nomine
ve-

venales, diuina adiutrice gratia, humano quoque liberæ mentis studio exquiri atque inueniri salubriter possit?

Naturalis experientiæ philosophorumque documentis probatum constat, intellectum nostrum practicum, obiecta sibi proportionata, pro maiori, vel minori quà pollet perspicacitate clariùs, perfectiùsque cognoscere; affectum vero voluntatis quamuis indifferentem, eò tamen propensius sequi, quò dux iste clariori lumine præiuerit: ita vt quemadmodum *nihil volitum, quod non sit præcognitum*, sic plerumque quò quid magis cognitum, eò efficaciori voluntatis appetitu desiderari, promptiorique affectu rationabiliter apprehendi soleat. Vnde, dum accedente ad naturalem quẽdam immortalitatis appetitum diuinæ gratiæ secreto illo stimulo, quem *excitantem* diuinarum rerũ mystæ vocant, intellectus noster

Aristot. l. 1. de gener.

Idem de reg. principum. *Amor sequitur cognitionem.* Et Augustinus l. 1. de Trinit. *inuisibilia diligere possumus incognita non possumus.*

per principia cognita ad altiora consurgere adnititur; verè atque delectabiliter cognoscit: Christianæ fidei mysteria, diuina authoritate subnixa, conuenientibus humano captui medijs, credibilia facta esse nimis: sapienterque adeò à suprema illa sapientia prouisum; vt dum in humanis rebus ordo ac veritas iudicium delectant ac stabiliunt; eadē in diuinis minus euidentibus, fidem nostram iuuent facilius, ac confirment validius. Exinde quoque fieri cōtingit, vt quilibet Christianus, fidei dogmatibus aliquantulum etiam supra vulgus instructus; quia singulorum certitudinem inter tot diffidētium opiniones stabilire nec potens est, nec præcepti aut medij teneatur necessitate; ad vnicum illud generale ac infallibile principium recurrere necessum ac tutum habeat: Vnicam videlicet doctrinæ Euangelicæ veritatem, vnico tantū alicui magisterio tra-
di-

ditam fuiſſe, quod ſemper & vbique, ſplendore & authoritate cæteris omnibus magiſterijs præeminerit; eorumque velut ex hydra renaſcentia capita continuò amputauerit. Quippe ſi vnaquæque secta ſeu hereſis, eo ſibi fidem facere veritatis prætendit, quod ſcripturas iuxta genuinum ac verum authoris ſenſum interpretari ac fouere ſe iactat: fidelis verò fortè aut ſtudio diſcrepantium varietatem ac contrarietatem animaduertens, meritò ad prudentiæ aliquod examen prouocatus; inde ſecurius fidei ſuæ certitudinem petet, vnde conſenſum, authoritate, perpetuitate ſucceſſionis, atque poteſtatis exercitio, clarius manifeſtiuſque patere intellexerit. Videtur mihi ſimili quodam enſe (ne hoc ſicco, vt dici ſolet pede pertranſeam) Gordium hunc nodum nō minus prudenter, quàm animosè ſoluiſſe Galliarum ille magnus Monarcha Henricus; qui dū

N. Cōfeſſio Vvitenbergica cap. 7. ſic habet.

Neceſſe eſt autem fateri eſſe viſibilem Eccleſiam. de qua filius Dei inquit dic Eccleſiæ &c. Quo ſpectat autem hæc portentoſa oratio, quæ negat vllam eſſe Eccleſiam viſibilem? delet enim omnia teſtimonia antiquitatis, abolet iudicia, facit anarchian & illā Cyclopum Politian.

aliquando Pissiaci altercantiũ partium Catholicorum ac Caluinistarum solutionem ac fructum sibi exquireret; in illorum se tutius sententiam iturum affirmabat, qui aduersæ etiam partis opinione salutis viam tenere credebantur; quàm horum, quos sua tantum authoritate pugnantes, vt nequaquam orthodoxos aut veritatis securos, contrariorum iudicio absolutè damnari intelligebat. Nec minus appositum quàm verissimũ hac in re Lutheri ipsius iudicium, contra se sibique similes prolatum, vt valde notandum amplectimur. *Nulli enim* inquit ille (in explanatione Psal. 5.) *hæretici victi sunt vi aut astu, sed mutua dissensione; nec aliter cum eis pugnat Christus quàm misso inter eos spiritu vertiginis & dissensionis; sicut inter Sachimitas, Iudic. 9. & in Babyl. turris operarios; & in lege noua inter Arrianos, Pelagianos, Donatistas*; potuit etiam addere Lutheranos.

nos. Itaque cum in tanta religionis Christianæ ſciſſione, quot opiniones ad inſtar Agithalli & Acanthyllides, quarum auium ne mortuarum quidem ſanguis commiſceri poteſt, tot cætus Eccleſiarum nomine inuenies: impoſſibile iudico, vt vno pietatis altero prudentiæ oculo diligentius adhibito; hoc, opinionum ac diuiſionum authores, cauſas, tempora ac progreſſus non inuenies: illo vero vnitatis Eccleſiæ ordinem, conſtantiam, iudiciũque à Chriſto Domino perpetuo deſcendentẽ non admireris, atque fiducialiter amplectaris. Cum enim à ſui initio vſque ad præſentem ætatem, per quoſdam velut gradus ad hanc maieſtatem ac fortitudinẽ proceſſerit; verè Dauidicum illud ſacri eloquij Interpretes Eccleſiæ accommodarunt. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra, vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata:* Canticor. 6.

quem-

quemadmodum alibi à nobis obseruatum fuit. Non libet angusta hac & longè infra materiæ grauitatem composita narratione, tot grauissimorum doctissimorumque voluminum compendium contexere; quibus & hierarchiæ Ecclesiasticæ, & doctrinæ Christianæ hæreditas à primo suo fundatore Christo Domino nostro, per cuncta subsequẽtia sæcula vsque ad nos peruenisse comprobatur; dum fallere Propheta regius nequeat prædicens; *à generatione in generationem veritas tua:* hoc tantum pro instituti breuitate, ex historiarum lectione obseruare placuit: Quomodo, quibus auxilijs, & quo tempore aliquot in Orbe, nostra ætate notæ hęreses vel sectæ, primum contra vnicã & antiquam Ecclesiam insurrexerint, posteaque pertinacia erroris insolescentes, tamquam membra corrupta ab vnione corporis Christi præcisa remanserint. Hinc enim

Psal. 118.

eui-

euidentius diſcerni poſſe perſuaſum habeo; quæ fides veritatis tribui debeat talibus magiſtris, qui opiniones aut olim damnatas, aut à ſe nuper inuentas, ſcripturis impingunt; & quia iudicium aliud quàm ſuum recuſant, vndique patrocinium erroris conquirentes fidei dogmata in dies cudunt atque recudunt.

CAPVT VI.

TRia potiſſimum in fidei ſeu religionis vnicæ examine occurrere, cum diuino illo Myſticæ Theologiæ magiſtro aduerto; quorum quolibet in aliqua parte claudicante aut in totum deficiēte, vnitatem illam tam fidei quàm ſocietatis, adeò naturæ conformem; vt Chriſti Authoris præceptis atque ſequentium ſæculorum praxi ſtabilitā, ſcindi; aliàs pro veritatis confeſſione oſtendimus. Quemadmodum enim in bene ordinata Republi-

S. Dionyſius Areopag. Hierarch. Eccleſ. c. 5.

Confeſſio noſtra veritatis Eccleſiæ Cathol. edita Coloniæ anno 1650.

blica, magistratus, leges ac subditi mutua connexione ac vinculo', venerabilem quandam ac indissolubilem societatem constituunt; ita ex aduerso, legitimo magistratu deficiente, aut subditis contra eundẽ insolescentibus, eiusque in se iura trahendo, leges spernentibus; cuncta confundi, societatemque sæpesæpius dissolui, imò pessumdari non miramur. Haud secus in omnium ordinatissima diuina prouidentia nimirum fundata Christianę Ecclesiæ hierarchia; cum magistratus vnius authoritatem, seculorum successione, potestatis continuò exercitio confirmatam; à priuatis quibusdam, nulloque iuris, aut virtutis insigni titulo cognitis impugnari comperimus: vellem profectò etiã apud puteal aliquod Cassianum iudicari, cui potissimum parti aures præbendæ essent; quaque seueritate illius titulus ac possessio, horum vero temeritas ac perfidia non nisi

ob

ob communis etiam pacis conseruationem vindicanda foret. Quamobrem cunctis seculis odio, aut contentione feruentibus; quicquid in Christianis legibus arduum & obscurum, aut inter membra Christi visibilia ægrum & saucium occurrit: id omne ad visibilis capitis censuram, id ad vnius pastoris curam trahi necessum fuisse: vnitas & ordo corporis Christi postulauit, præcepta eiusdem, Apostolorumque exempla iubent; tot denique contraria tentantium supplicia & pericula suadere, ex his quæ narraturi sumus, satis superque patebunt. Certissimè enim B. Martyr Cyprianus affirmauit: *Christi aduersarius & Ecclesiæ eius inimicus, ob hoc Ecclesiæ præpositum sua infestatione persequitur, vt gubernatore sublato, atrocius atque violentius circa Ecclesiæ naufragia grassetur*.

Lege confutationem Nili Thessalonicen. de primatu *Papæ* authore Ioãne Matthæo Cariophilo dignissimam

lib. 1. Epist. 3.

Primam, omniumque maximam à visibili corpore Christi discessionem,

Bellarm. l. 2. de Rom. Pontif.

Cardin. Perron. in Resp. ad Regem Angliæ. Baronius annal. t. 10. ad ann. 865. Azor. 2. Moral. lib. 4. c. 18. Actor. c. 1.

nem, ac sciſſuram; ex hiſtoriæ Eccleſiaſticæ monumentis conſtat, factam fuiſſe in Oriente per Græcos, qui vt in primitiuo Apoſtolorum cætu, à murmure videntur ſemina diſſidij cæpiſſe; ita languente primo illo charitatis & humilitatis ſpiritu, poſtmodum ſęculis aliquot elapſis, in apertum contra Apoſtolicam Sedem ſchiſma atque etiam fidei corruptelam eruperunt. Hanc vero culpam licet quatuordecies, publicè quidem ter, ſcilicet in Cõcilio Lateranen. ſub Innocentio III. Lugdunen. ſub Gregor. X. & Florent. ſub Eugenio IV. vnione cum Eccleſia Romana repetita diluerint: tamen odij & erroris contra eandem contumaces, ſuperbiæ crimine quo in priorem culpam ſemper relapſi ſunt; pœnam ſibi ſub Turcici Imperij iugo, vſque ad ætatem hanc noſtram, miſerabiliter ac manifeſtè attraxerunt. Et quamquam non ignorem, noſtri ſæculi ali-

aliquot viros doctrina insignes, D. Bernardum secutos, voluisse aliqua ratione Græcos ab hæresi excusare; dum in quadam epistola mellifluus ille Doctor ad Eugenium scripserit: *Ego addo de pertinacia Græcorũ, qui nobiscum sunt, & non sunt: iuncti fide, sed pace diuisi: quamquam & in fide ipsa claudicauerint à rectis semitis:* Tamen ipsa rerum magistra praxis tam in his, quàm in alijs apertè magis probauit, appositè nimis ac consideratè à Doctore Angelico ad D. Hieronymi inter schisma & hæresim distinctionẽ in epistola ad Galat. positam, in hunc modum fuisse annotatum. *Sicut amissio Charitatis est via ad amittendam fidem secundum illud* 1. *ad Thimoth. à quibus quidam aberrantes (scilicet à charitate, & alijs huiusmodi) conuersi sunt in vaniloquium; ita etiam schisma via est ad hæresim.* Vnde Hieronymus ibidem subdit, *quòd schisma aliqua in parte potest*

Azor. Instit. Moral. lib. 8. c. 20. q. 10.

D. Thom. 2. secũdæ q. 39. art. 1.

in-

intelligi diuersum ab hæresi. Cæterum nullum schisma est, quòd non sibi aliquam hæresim confingat, vt rectè ab Ecclesia recessisse videatur. De ea quippe qua scribimus Ecclesia Græca traditum est: eiusdem Constantinopoli præsidētes Episcopos, propter Imperialis sedis splendorem, obtento (in Concilio secundo generali ibidē sub Theodosio Iuniore celebrato, vt ipsi prętendebant) inter Patriarchas secūdo loco; post Chalcedonense Concilium sexcentorum triginta Episcoporum, authoritate Leonis primi Papæ circa an. 451. conuocatum; in dies ambitione crescente, non solum super cæteros Antiochiæ, atque Alexandriæ Patriarchas, sed etiam contra ipsam Romanā Sedem suæ vt nouæ Romæ Oecumenici Patriarchatus præeminentiā sibi arrogasse. Quāquam verò in prædicto Chalcedonensi Concilio, Leonis legati, iniquam illam Constantinopolit. Episco-

Socrates hist. Ecclesiast. l. 5. c. 8.

Niceph. hist. l. 15 c. 4. Euseb. hist. l. 15. c. 30. & Concil. Calcedonen. act. 16.

sco-

ſcoporum atque ex ſuppoſitio canone natam ſecundi loci inter Patriarchas vſurpationem, apertiſſimè demonſtraſſent. Tamen prædicti Epiſcopi, Principum fauore in eadem perſeuerantes; ipſius quoque Concilij contra Dioſcorum Eutichianam hæreſim propugnantem decreta, temerario auſu reiecerũt. Ex quo magis, magiſque contra Romanam ſedem inſurgentes, aliquando à Magno illo Gregorio validiſſime fuere repulſi; donec lis Mauritij Imperatoris ſocordia ſuſpenſa, à Phoca eius ſucceſſore, ſub Bonifacio Tertio Papa, circa annum 605. iuxta Conſtitutiones Apoſtolicas & traditiones maiorum terminata fuit: *Romanam videlicet ſedem tamquam primam & cæterarũ caput à cunctis agnoſci debere*. Hoc vero ſtatutum tam bona ac ſolida fide ſeruarunt Græci, vt poſt Phocium Patriarcham, Michael quidã Cærularius, numero ſeptuageſimus

Beda l. de ratione temp. Paulus Diac. l. 4. hiſt. Longobard. c. 22. Apendix ad Eutrop. l. 18.

quintus, ſub Conſtantino Monomacho Imperatore circa an. 1053. primus omnium Papam auſus fuerit excommunicare; eundemque ſequi alios vſque in hodiernum diẽ, in his partibus eſt peruulgatum. Sed ne ambitioſæ huic ſeparationi cauſa aliqua, aut prætextus deeſſet; ſupra nominatus Phocius Patriarcha, propter fraudulentam ſedis inuaſionem primum excommunicatus à Nicolao primo Pontifice, deinde in Concilio Conſtantinopolitano quarto, per Adrianum Secundum repoſito Ignatio excluſus; antiquũ Neſtorij de proceſſione Spiritus Sancti errorẽ, quaſi ad vindictam reſuſcitans, cum multis contra Romanam Sedem atque Occidentalem Eccleſiam ad ſucceſſores Patriarchas tranſmiſit calumnijs. Cæteros autem errores Grecorum, vt de azimo, Purgatorio, Sanctorũ ſtatu poſt hanc vitam, (quia controuerſias non excutio) ſufficit hoc loco

Anaſtaſius Bibliothec. qui interfuit. Nicetas in vita Ignatij.

loco annotare; in Concilio Florētino ſub Eugenio Quarto an. 1439. validiſſime fuiſſe conuictos, atque ab ipſis tunc nouiſſimè Eccleſiæ vnionem repetentibus fuiſſe correctos: licet mox ad vomitum reuerſos, in ijſdem adhuc perſeuerare coram dolens conſpicio. Tandem cum iuſta diuinæ vindictæ menſura, culpā paucis retro paſſibus pœna ſequatur; eam quæ Græcorum hanc perfidiam & breui corripuit, & adhuc flagellat; ſtrictim adnotare haud inutile exiſtimo: quò in alterius, vt dicitur, capite experiri liceat, quam damnabile quàmque periculoſum ſit, vnitati Corporis Chriſti (quod eſt Eccleſia) vinculum ſoluere, non minus quàm doctrinæ eius veritatem priuato ſenſu iudicare; aut quod huic proximum eſt, erroribus commaculare. Alijs itaque ſilentio tranſmiſſis; eodem præcipuè tempore quo inſaniæ ſuæ virus Papam excommuni-

Vide Georg. Scholar. dictum Gennadiū Conſtantinop. Patriarchā in orat. 5. pro Latin. cōtra Græcos

 can-

Item Leonar di Schiensis Græci Theol. ac Episcopi Mitylení lib. de capt. Cõstant.

cando euomit Patriarcha ille Michael supra relatus; Sarraceni, ac Turcæ Asiæ quasi totius dominium occuparunt, Græcisque intra paucissimarum prouinciarũ limites redactis, Europæ etiam multas vi extorserũt. Deinde elapsis annis quadringẽtis, non seruata Concilij Florentini vnione, quemadmodum Gręcos increpauit Nicolaus Quintus Papa, eoque velut prædicente, Constantinopolis repente à Turcis anno 1453. occupata & Gręcorum imperium sub eiusdem gentis tyrãnidem redactum miserrimè fuit. Ex hoc potissimum tempore, cuncta seruitutem comitantia mala, honoris videlicet, virtutum, scientiarũquè iacturam fecisse Græcos, liberorum denique facultatumque direptionem per ducẽtos iam annos crudeliter satis pati, nõ est qui antiquæ illorum splendoris ac sanctitatis memor, non condoleat; Christianaque ex charitate eis compatia.

Nota. Quod capta fuit 4. Kalen. Iunij. in quem diẽ tunc incidit 2. feria Pentecostes.

tiatur. Vnum verò, tamquam propriam peccati pœnam in Patriarchas illorum redundare, nō minus ſingulare, quàm obſeruatione dignum annotaui. Omnibus quippe Græcorum Eccleſiaſticis Simoniæ ſtudio auidè certantibus; illorum Pontifex Turcarum Imperator, hos ad Patriarchalem dignitatem propenſius admittit, qui vltrà fęminarum Græcarum in Gynicæo (ſerraglio vulgo vocant) fauores, maiori argenti vi confirmationē ſibi comparare nouerint. Vnde factum etiā conſtat anno 1652. intra paucos menſes, quatuor Conſtantinopol. ſedis Patriarchas admiſſos fuiſſe; quorum vnus inimicorum inſidijs, alius nonaginta millium piaſtrarū licitatione victus, Archiepiſcopatus Rhodienſis dignitatem quam tenebat, ianitoris Serraglij & Mahometica perfidia cōmutauit. Reliquas hæreſes ex hac præcipue diuiſione & Calcedonenſis Concilij

quot hæresum, sectarumque cœtus cõgregatos cernimus; Ciuitas tamen super montem posita, Ecclesia Catholica ac Romana, in primis ac principalioribus membris suis nota; inconcussa ac illustris permaneat. Vnde, si aliqua hydrarum istarum caput oculosque superbiæ sustulerit; non potest non agnoscere fidei Christianę magistram, à qua doctrinam & ordinem, atque id boni quod in diuisione sua retinet, primum hausit, multo quoque tempore incorruptè seruauit: A qua etiam Herculea constantia, ferro ac flammis omnes hereticorum conatus strenuè confectos atque ab Ecclesiæ corpore resectos, & olim & adhuc etiam apertissimè cognoscit. Non mihi operæ pretium videtur iterum nationes, regna, ac prouincias circumire, earumque hic cathalogum repetere, quæ ab Ecclesia ac Sede Romana, fidei ac disciplinæ Christianæ iugũ susceperunt;

Epiph. Hieron. & alij.

cum

cum aliàs id in prędicta Confessione nostra tetigerimus, atque insuper inter omnes Europæ populos constans sit confessio, eosdem nulla alia magistra quàm Romana Ecclesia Christianæ religionis dogmata & Ecclesiastici regiminis normam, diuersis temporibus olim didicisse: ideoque omnes vsque ad sextum decimum sęculum, tamquam membra capiti suo Romanæ Sedi integre adhesisse, atque fuisse coniunctos.

Vide etiam Centuriat. Magdeburg. Centuria 6. 7 8. & seqq. quibus variarum nationū populos per Rom. Ecclesiasticos conuersos enarrant.

Proinde, vt carptim memoriam tantum refricemus, negare non potest Britannia Europæ insularū immò dixerim orbis vniuersi facile Regina; ante vltima Henrici sui Octaui tempora, aliud in Ecclesiastica hierarchia caput, quàm Petri successorem Romanum Pontificem numquam agnouisse; aliam doctrinam, quàm ab huius Cathedra antiquissimis retro sæculis haustam, conseruatam integerrimè, immo ab ipso

Anglia Plorimund. Roemundus de init. & progressu &c. hæresis lib. 6.

Cardin. Perron. in Resp. ad Regem Angliæ. Baronius annal. t. 10. ad ann. 865. Azor. 2. Moral. lib. 4. c. 18. Actor. c. 1.

nem, ac ſciſſuram; ex hiſtoriæ Ecclesiaſticæ monumentis conſtat, factam fuiſſe in Oriente per Græcos, qui vt in primitiuo Apoſtolorum cætu, à murmure videntur ſemina diſſidij cæpiſſe; ita languente primo illo charitatis & humilitatis ſpiritu, poſtmodum ſęculis aliquot elapſis, in apertum contra Apoſtolicam Sedem ſchiſma atque etiam fidei corruptelam eruperunt. Hanc vero culpam licet quatuordecies, publicè quidem ter, ſcilicet in Cõcilio Lateranen. ſub Innocentio III. Lugdunen. ſub Gregor. X. & Florent. ſub Eugenio IV. vnione cum Eccleſia Romana repetita diluerint: tamen odij & erroris contra eandem contumaces, ſuperbiæ crimine quo in priorem culpam ſemper relapſi ſunt; pœnam ſibi ſub Turcici Imperij iugo, vſque ad ætatem hanc noſtram, miſerabiliter ac manifeſtè attraxerunt. Et quamquam non ignorem, noſtri ſæculi

ali-

aliquot viros doctrina insignes, D. Bernardum secutos, voluisse aliqua ratione Græcos ab hæresi excusare; dum in quadam epistola mellifluus ille Doctor ad Eugenium scripserit: *Ego addo de pertinacia Græcorũ, qui nobiscum sunt, & non sunt: iuncti fide, sed pace diuisi: quamquam & in fide ipsa claudicauerint à rectis semitis:* Tamen ipsa rerum magistra praxis tam in his, quàm in alijs apertè magis probauit, appositè nimis ac consideratè à Doctore Angelico ad D. Hieronymi inter schisma & hæresim distinctionẽ in epistola ad Galat. positam, in hunc modum fuisse annotatum. *Sicut amissio Charitatis est via ad amittendam fidem secundum illud* 1. *ad Thimoth. à quibus quidam aberrantes (scilicet à charitate, & alijs huiusmodi) conuersi sunt in vaniloquium; ita etiam schisma via est ad hæresim.* Vnde Hieronymus ibidem subdit, *quòd schisma aliqua in parte potest in-*

Azor. Instit. Moral. lib. 8. c. 20. q. 10.

D. Thom. 2. secũdæ q. 39. art. 1.

intelligi diuerſum ab hæreſi. Cæterum nullum ſchiſma eſt, quòd non ſibi aliquam hæreſim confingat, vt rectè ab Eccleſia receſſiſſe videatur. De ea quippe qua ſcribimus Eccleſia Græca traditum eſt: eiuſdem Conſtantinopoli præſidẽtes Epiſcopos, propter Imperialis ſedis ſplendorem, obtento (in Concilio ſecundo generali ibidẽ ſub Theodoſio Iuniore celebrato, vt ipſi prętendebant) inter Patriarchas ſecũdo loco; poſt Chalcedonenſe Concilium ſexcentorum triginta Epiſcoporum, authoritate Leonis primi Papæ circa an. 451. conuocatum; in dies ambitione creſcente, non ſolum ſuper cæteros Antiochiæ, atque Alexandriæ Patriarchas, ſed etiam contra ipſam Romanã Sedem ſuæ vt nouæ Romæ Oecumenici Patriarchatus præeminentiã ſibi arrogaſſe. Quãquam verò in prædicto Chalcedonenſi Concilio, Leonis legati, iniquam illam Conſtantinopolit. Epiſco-

Socrates hiſt. Eccleſiaſt. l. 5. c. 8.

Niceph. hiſt. l. 15 c. 4. Euſeb. hiſt. l. 15. c. 30. & Concil. Calcedonen. act. 16.

ſcoporum atque ex ſuppoſitio canone natam ſecundi loci inter Patriarchas vſurpationem, apertiſſimè demonſtraſſent. Tamen prædicti Epiſcopi, Principum fauore in eadem perſeuerantes; ipſius quoque Concilij contra Dioſcorum Eutichianam hæreſim propugnantem decreta, temerario auſu reiecerũt. Ex quo magis, magiſque contra Romanam ſedem inſurgentes, aliquando à Magno illo Gregorio validiſſime fuere repulſi; donec lis Mauritij Imperatoris ſocordia ſuſpenſa, à Phoca eius ſucceſſore, ſub Bonifacio Tertio Papa, circa annum 605. iuxta Conſtitutiones Apoſtolicas & traditiones maiorum terminata fuit: *Romanam videlicet ſedem tamquam primam & cæterarũ caput à cunctis agnoſci debere*. Hoc vero ſtatutum tam bona ac ſolida fide ſeruarunt Græci, vt poſt Phocium Patriarcham, Michael quidã Cærularius, numero ſeptuageſimus

Beda l. de ratione temp. Paulus Diac. l. 4. hiſt. Longobard. c. 22. Apendix ad Eutrop. l. 18.

quintus, ſub Conſtantino Monomacho Imperatore circa an. 1053. primus omnium Papam auſus fuerit excommunicare; eundemque ſequi alios vſque in hodiernum diē, in his partibus eſt peruulgatum. Sed ne ambitioſæ huic ſeparationi cauſa aliqua, aut prætextus deeſſet; ſupra nominatus Phocius Patriarcha, propter fraudulentam ſedis inuaſionem primum excommunicatus à Nicolao primo Pontifice, deinde in Concilio Conſtantinopolitano quarto, per Adrianum Secundum repoſito Ignatio excluſus; antiquū Neſtorij de proceſſione Spiritus Sancti errorē, quaſi ad vindictam reſuſcitans, cum multis contra Romanam Sedem atque Occidentalem Eccleſiam ad ſucceſſores Patriarchas tranſmiſit calumnijs. Cæteros autem errores Grecorum, vt de azimo, Purgatorio, Sanctorū ſtatu poſt hanc vitam, (quia controuerſias non excutio) ſufficit hoc

Anaſtaſius Bibliothec. qui interfuit. Nicetas in vita Ignatij.

loco

loco annotare; in Concilio Florẽtino ſub Eugenio Quarto an. 1439. validiſſime fuiſſe conuictos, atque ab ipſis tunc nouiſſimè Eccleſiæ vnionem repetentibus fuiſſe correctos: licet mox ad vomitum reuerſos, in ijſdem adhuc perſeuerare coram dolens conſpicio. Tandem cum iuſta diuinæ vindictæ menſura, culpã paucis retro paſſibus pœna ſequatur; eam quæ Græcorum hanc perfidiam & breui corripuit, & adhuc flagellat; ſtrictim adnotare haud inutile exiſtimo: quò in alterius, vt dicitur, capite experiri liceat, quam damnabile quàmque periculoſum ſit, vnitati Corporis Chriſti (quod eſt Eccleſia) vinculum ſoluere, non minus quàm doctrinæ eius veritatem priuato ſenſu iudicare; aut quod huic proximum eſt; erroribus commaculare. Alijs itaque ſilentio tranſmiſſis; eodem præcipuè tempore quo inſaniæ ſuæ virus Papam excommuni-

Vide Georg. Scholar. dictum Gennadiũ Conſtantinop. Patriarchã in orat. 5. pro Latin. cõtra Græcos

Item Leonar di Schienfis Grçci Theol. ac Epifcopi Mitylent lib. de capt. Cõftant.

cando euomit Patriarcha ille Michael fupra relatus; Sarraceni, ac Turcæ Afiæ quafi totius dominium occuparunt, Græcifque intra paucisfimarum prouinciarũ limites redactis, Europæ etiam multas vi extorferũt. Deinde elapfis annis quadringẽtis, non feruata Concilij Florentini vnione, quemadmodum Grçcos increpauit Nicolaus Quintus Papa, eoque velut prædicente, Conftantinopolis repente à Turcis anno 1453. occupata & Grçcorum imperium fub eiufdem gentis tyrãnidem redactum miferrimè fuit. Ex hoc potisfimum tempore, cuncta feruitutem comitantia mala, honoris videlicet, virtutum, fcientiarũquè iacturam fecisfe Græcos, liberorum denique facultatumque direptionem per ducẽtos iam annos crudeliter fatis pati, nõ eft qui antiquæ illorum fplendoris ac fanctitatis memor, non condoleat; Chriftianaque ex charitate eis compa-

Nota. Quod capta fuit 4. Kalen. Iunij. in quem diẽ tunc incidit 2. feria Pentecoftes.

tia.

tiatur. Vnum verò, tamquam propriam peccati pœnam in Patriarchas illorum redundare, nõ minus ſingulare, quàm obſeruatione dignum annotaui. Omnibus quippe Græcorum Eccleſiaſticis Simoniæ ſtudio auidè certantibus; illorum Pontifex Turcarum Imperator, hos ad Patriarchalem dignitatem propenſius admittit, qui vltrà fœminarum Græcarum in Gynicæo (ſerraglio vulgo vocant) fauores, maiori argenti vi confirmationẽ ſibi comparare nouerint. Vnde factum etiã conſtat anno 1652. intra paucos menſes, quatuor Conſtantinopol. ſedis Patriarchas admiſſos fuiſſe; quorum vnus inimicorum inſidijs, alius nonaginta millium piaſtrarũ licitatione victus, Archiepiſcopatus Rhodienſis dignitatem quam tenebat, ianitoris Serraglij & Mahometica perfidia cõmutauit. Reliquas hæreſes ex hac præcipue diuiſione & Calcedonenſis Concilij

reiectione ortas, atque adhuc in Armenijs, Georgianis, Iacobitis, Abyssinis, Cophtis, alijsque orientalibus continuatas; studio breuitatis recitare ad longũ supersedeo: cõtentus præcipuo Græcanici Schismatis exemplo, Diui Thomæ dictũ, *Schisma nimirum viam esse ad hæresim* comprobasse; omniumque verissimum propheticum enunciatũ *Abissus, abissum inuocat*, in sequentibus digito velut indicare.

Psal.41.

CAPVT VII.

REdeo ad Europæ nostræ siue Occidentis Ecclesiam, in qua cum purpuratam illam Christi vestem plurimis scissuris dilaceratam conspicio; quot cœtus, societate atque opinione diuersos, tot centunculos vix tenuem ex ista filum retinentes, minimè verò inter se consutiles, videre mihi videor: vt nõn immeritò propheticam illam

Re-

Redemptoris quærelam: *Diuiſerũt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem*, repetere fideles Chriſtiani, tẽporibus noſtris, contra hęreticorum multiplicitatem atque proteruiam queant. Miſerum profectò aſpectu, & ſi fas eſſet, ſanguineis deplorandũ lachrymis, æternum Chriſti imperium in terris, quod cum tanto honore atque vtilitate, tam ſpirituali quàm temporali omnium Europæ nationum, ab Oriente in Occidentem translata Petri ex Antiochia Romã pontificia ſede migrauit; adeò perversè atque indecorè, adeò pertinaciter atque furiosè, vix ab integra aliqua natione in pluribus conſentiente, ſed in varijs prouincijs à diuerſis ſectarijs diſcerpi atque cõtemni. Ex alia vero parte, Authori omnis gratiæ, Patri luminum atque Eccleſiæ ſuæ ſanctæ Conſeruatori, infinitæ reddi gratiæ poſſunt: *Quod dum tot Inferorum panduntur portæ,*

Pſalm. 21. *ipſi vero cõſiderauerunt, & inſpexerunt me.*

Vide Thomam Boſium de ſig. Eccleſiæ

Bartholom. Caſſaneum in Catal. gloria mundi p. 3. & 4.

Sanderus de viſibili Eccleſ. monarc. l. 7. Epiſt. Cardinal. Hoſij.

S. Gregor. in Pſal 7. pœnitent.

quot hæresum, sectarumque cœtus cō-
Epiph. Hieron. & alij.
gregatos cernimus; Ciuitas tamen super montem posita, Ecclesia Catholica ac Romana, in primis ac principalioribus membris suis notata; inconcussa ac illustris permaneat. Vnde, si aliqua hydrarum istarum caput oculosque superbiæ sustulerit; non potest non agnoscere fidei Christianę magistram, à qua doctrinam & ordinem, atque id boni quod in diuisione sua retinet, primum hausit, multo quoque tempore incorruptè seruauit: A qua etiam Herculea constantia, ferro ac flammis omnes hęreticorum conatus strenuè confectos atque ab Ecclesiæ corpore resectos, & olim & adhuc etiam apertissimè cognoscit. Non mihi operæ prętium videtur iterum nationes, regna, ac prouincias circumire, earumque hic cathalogum repetere, quæ ab Ecclesia ac Sede Romana, fidei ac disciplinæ Christianæ iugū susceperunt;

cum

cum aliàs id in prędicta Confessione nostra tetigerimus, atque insuper inter omnes Europæ populos constans sit confessio, eosdem nulla alia magistra quàm Romana Ecclesia Christianæ religionis dogmata & Ecclesiastici regiminis normam, diuersis temporibus olim didicisse: ideoque omnes vsque ad sextum decimum sęculum, tamquam membra capiti suo Romanæ Sedi integre adhesisse, atque fuisse coniunctos.

Vide etiam Centuriat. Magdeburg. Centuria 6. 7 8. & seqq. quibus variarum nationũ populos per Rom. Eccles. filios conuersos enarrant.

Proinde, vt carptim memoriam tantum refricemus, negare non potest Britannia Europæ insularũ immò dixerim orbis vniuersi facile Regina; ante vltima Henrici sui Octaui tempora, aliud in Ecclesiastica hierarchia caput, quàm Petri successorem Romanum Pontificem numquam agnouisse; aliam doctrinam, quàm ab huius Cathedra antiquissimis retro sæculis haustam, conseruatam integerrimè, immo ab ipso

Anglia Florimund. Roemundus de init. & progressu &c. hæresis lib. 6.

ipſo illo prædicto Rege contra exurgentem Lutheri nouitatem adeò doctiſſimè defenſam, nunquã admiſiſſe. Poſtquam verò ſceleſtiſſimus noxi vſque amor viſcera mẽtemque Regis illius præclari conturbauit; non ſolum Sedis Apoſtolicæ reuerentiam, iniquitas eius vi ac crudelitate in Eccleſiaſticos exercitata excuſſit; verum etiam ipſum eiuſque ſucceſſores Angliæ Reges, caput cuiuslibet erroris ſeu confuſionis Anglicanæ Eccleſiæ conſtituiſſe, luce clarius patere cunctis, nemo negabit. Affirment igitur qui clarioris iudicij acumine vel æquioris animi ſtatera, rerum cauſas ac momenta librare non dubitant; an dextera Excelſi iudicari poſſit facta mutatio hæc tam ſubitanea, quatuordecim videlicet annis à quo publicè libro contra Lutherũ edito fidem ſuã ac regni profeſſus, à Leone X. Papa fidei defenſoris titulum promeruit. Poſtea idem Salomonis

N. Lutherani prĩcipes cauſam ſchiſmatis deteſtantes noluerũt Henrici legatis acceſſum prebere, vnde etiam ipſe Lutheranos admittere noluit. Caluinus ſuper Amos primatum hunc deteſtatus eſt

nis instar, amore mulierum deperditissimo peruersus, damnati sui repudij ac matrimonij incestuosissimi æquè ac pudendi vinditias facere intentans; Catholicos crudelissimè persequi, Ecclesiæ Catholicæ vnionem discindere, omnium denique errorum doctrinis fibulam laxare, impijssimè incæpit. Dicant præterea, quæ ntrinseca causa, quatuordecim circiter abhinc retro annis, intestinum ac detestabile illud ciuile bellum, primum in Scotia, mox in Anglia ipsa tàm crudeliter commouit; vt in ciuium innumerabilium sanguinem, inauditoque planè facinore, in ipsius Regis sui caput desæuiens, adhuc quo fine non religionem tantum, quæ publica nullo esse nomine ibi narratur, sed potius reliquias Anglorum ac florētissimum olim regnum penitus obruet, incertum relinquit. Non me quidem latet, vt anno sæculi nostri trigesimo octauo in regno

In Vaticana Bibliotheca seruatur ipse codex manu regis signatus.

gno isto præsentem; Liturgiam quandam à Græcis petitam, Ecclesiastici regiminis titulo in vtrũque regnum sensim introducere, quibusdam Ministris tunc apud regem validis, in animo ac opere fuisse: immò quò nouitatis renouatio societate aliorum regnorum magis clarescceret; misso quodam Dureo viro satis erudito, Septentrionaliũ populorum consensum frustra tentatum fuisse. Sed quia ministrorum istorum, vnus nobilitate auita illustris, & Catholica religione insignis, extra patriam naturæ debitum persoluit; alter dignitate Ecclesiastica in patria primarius, Catholicęque fidei fauore suspectus, pœnas potius tępiditatis quàm in Deum aut regem fidelitatis, rebelliũ sententia luit: nolo mortuos ad dicendam causam, vt aliquando iniquus ille Henricus in iudicium vocare; sed quod funestis adeò successibus per Orbem celebratum est, potius

im-

imperſcrutabili diuinæ Sapientiæ consilio, quàm priuatæ quorumdã ambitioni, fallaci aliquo iudicio adſcribere intendo. Vnicum tamen, publica magis quàm priuata ſententia addere non verebor; Henrici ſui & Apoſtaſiam & crudelitatem, non tardo nimis, nec leui, (vt ipſi melius norint) ſupplicio; ſed fatalibus quibuſdam iniquitatum deſolationiſq; Anglicanæ miniſtris Cromuellijs, poſteros eius exoluiſſe: veriſſimumque vetus veriuerbium, *quicquid delirant reges plectũtur Achiui*, Anglos adhuc nimium & duratione & grauitate malorum experiri.

N. Quod vnus ex tollendo ius Regium per fas & nefas, alter idẽ deſtruendo fortunam ſuam orditus eſt. Horat. l. 1. ep. ad Lollium.

Bohemiæ regnum, quia Angliæ, tum principum affinitate, tum caſibus adeò coniunctum fuit, hoc loco apponere haud quaquam diſplicuit; eò magis, quòd inde etiam primæ hæreſeos ſuæ zizania, authore Ioanne VVicleff primum ſparſa, circa annum quadringenteſimum

Bohemia. Florimund. Roemund. l. 4.

&

& primum supra millesimum, per eius discipulos Ioannem Huss, & Hieronymũ à Praga accepisse Boemos, præ alijs, grauissimi Pontificis authoritate intelligam. Hi videlicet homines, dum mysteriorum Christianæ fidei maximi integritatem, sub vtraque specie, speciosè post Petrum quendam Dressium Germanum & Iacobellum asserere contenderunt; non solum diuinæ omnipotentiæ virtutem impugnare, atque integritatem corporis Christi in terris lacerare deprehensi sunt: sed etiam peiori sequela, Berengarij aliorumque præcedentiũ hęreticorum errores cõtra sanctissimam ac tremendam Eucharistiã, ab orco reuocãtes; innumeris opinionibus, ac blasphemijs, sacramentariorum omnium, velut protoplasti extiterunt. At vero quia authores ipsi, statim Ecclesiæ iudicio conuicti in Concilio Constantiensi; eorum quoque sectatores, nostris adhuc

Aeneas Siluius postea Pius II. de orig. Bohem. lib. 3. c. 35.

Concil. Constant. sess. 15.

huc temporibus, amicorum, inimicorumque flammis, ac ferro crimen expiarunt; alijs diuinæ castigationis examen relinquere, quàm me quorumdam suggillationi exponere, consultius duco: hoc saltem rerum experientia eosdem Bohemos aliosque monendo; tutius videri vnius vt Ecclesiæ ita & principis fidem sequi, quàm multorũ & opinionum & fautorum inconstantia diu satis exagitari, atque libertate inualide prætensa, tandem ad prius seruitium post grauiora damna reuerti. Coniuncta est, vel potius ambit Bohemiam Germania, quàm sicut cognouimus tam lato quàm vario Imperio, Apostolicæ, ac Romanæ Ecclesiæ antiquo beneficio fulgere; ita vnius Lutheri errores primum secutam, postmodum pluribus heresibus commaculatam, adhuc ijsdem turpiter sordescere; non est qui Ecclesiã sponsam Christi vnicam & immaculatam prædicari

Germania.

N. Et sponsabo te mihi in æternum. Oseæ c.2. vide glosã ibi.

cari intelligit, non ingemiſcat, non eſt qui iuuare non deſideret.

CAPVT VIII.

EQuidem non incompoſitè diuinæ ſapientiæ Magiſtri, hæreticorum naturam ſerpentinæ in omnibus ſimilitudine ſatis adæquata compararunt; eò quod principio rerum, ſicut vniuerſi humani generis ruinam, ſerpentina aſſumpta forma diabolus deplorabiliter nimis procurauit: ita nunc eundē, humanam adhuc ambitionem, Gulam, Luxuriam; Pietatis, Veritatis, Doctrinæ, Eloquentiæ, aliarumque virtutum formis, tamquam verſicolori pelle contegentem, hęreticos homines ad decipiendos alios mirificè excitare, atque exornare; in hiſtoriarum ſpeculo clariſſimè videmus. Cum itaque de his ipſis Ioan.8.v.44. Veritas ipſa dicat: *Vos ex patre diabolo eſtis*, ſuperſedebo grauiſsimas

an-

authoritates, in similitudinis comprobationem coaceruare, contentus duas tantum vtriusque proprietates *Calliditatem* videlicet, atque *Malignitatem*, in proposito exemplo Lutheranæ hęresis, distinctius aliquantulum explicare: dummodo ingeniolo meo liceat, non ex vnius alteriusue, sed diuersorum narratione authorum, veritatis aliquam fidem certam contexere; sine odio vel affectu, quorum cum hæc inuestigarem causas, procul habebam; literaturæ tunc humanę magis quàm diuinæ controuersijs operam impendens.

Experientia atque adagio confirmatum scimus, occasionem rerũ agendarum maximam esse ministram: adeò vt sine illa, egregium aliquod incæptum deficere, & cum ipsa, licet exiguum pessimumque principium adolescere viresque adsumere, homines non admirentur. Sic olim Arriana hæresis, Authoris

Socrat. hist. partit. lib. 4. c. 10.

Theodor. l. 1. c. 2. & 3. Euseb. in vita Constant.

ſui in Alexandriæ Epiſcopum Alexandrum inuidentia erumpens, sẽſimque Epiſcoporum Orientalium diſſidijs aucta; tandem validioribus flammis, poſt Libiam, Thebaida ac Aegyptum, Orientem vniuerſum, partemque Occidentis corripuit, inſtrumento quàm potẽtiſſimo Euſebio Nicomediẽſi Epiſcopo, Conſtantiæ Auguſtæ amicitia forenſique potentia valido. Sic in Affrica Donatiſtarum ſchiſma & hęreſin, ex Cęciliani in Epiſcopatum Chartaginen. electione, *Confuſa mulieris* (vt inquit Optatus) *iracundia peperit, ambitus nutriuit, auaritia roborauit.* Sic nouiſſimis ſæculis, Huſſitarum ſectam errores VVicleffij reſuſcitantem, contentio Scholaſticorum Pragenſium enixa, regiſque voluptuoſiſſimi Venceslai ac Albili tenaciſſimi Archiepiſcopi ſocordia fouens; fauillis ſuis Bohemiam ac Hungariam accendiſſe, ex varijs hiſtorijs iſtorum temporũ probè cogno-

Optat. lib. cõtra Parmen. Auguſt. contra eundem l. 1. c. 3. item de hæreſibus c. 69.

[illegible] Krātz. hiſt. Vvandal. l. 10.

gno-

gnoſcimus. Sic proximo huic ſæculo Lutheri primum prędicationẽ, de qua loquimur, Ioan. Texelij, & Ioan. Staupitij ſuper indulgentiarum publicatione contentio produxiſſe; Miniſtrorũ denique quorumdam in colligendis elemoſinis Kruſiatæ, odioſa auaritia; aliorum etiam in emendandis erroribus imprudens remiſſio: Principum denique priuatæ contra Cęſarem atque Papam offenſiones; eius ab Eccleſia Apoſtaſiam validiſſime promouiſſe, auorum quaſi adhuc integra memoria ac traditione accepimus. Hinc quia circa decimum ſeptimũ ſalutis humanæ annum ſupra milleſimum & quingenteſimum, turbatam Europam principũ Catholicorum diſſidijs ac bellis, ex Annalibus illorum temporum intelligimus; obſoletam quoque non mediocriter Eccleſiaſticorum antiquã ſanctimoniam, nimia ambitione atque diſſolutione; in hac præſertim

opulentissima Europæ parte Germania; in qua, quantum supra cōmunem, simplicemque secularium vitam, virtutis graduſque Ecclesiastici titulus ac professio eminere debet; tantum vulgaribus vitijs labefactata, maioris scandali, maiorisque damni periculū adferre potuit. Quamobrem, cum Martinus Lutherus, vir audaciæ, doctrinæ atque eloquētiæ satis comptæ, perspectis tam in patria, quàm Italia, Romæ præcipuè (quo religionis suæ procurator aliquando destinatus fuerat) Ecclesiasticorum hominum corruptelis, contra easdem primùm linguam & calamum, stilo ferroque acutiorem stringens; nationis suę maximèque principis tūc Saxonici Ioannis Frederici simplicitate abutens; mox & mores & doctrinam Ecclesiæ Catholicæ audacius lacessere, publicatis contra Indulgentias thesibus; multos & principes & ciuitates Germaniæ, in

suas

ſuas opiniones pertrahere, viruſque hereſeos ſpargere, facillimum inuenit. Quo autem motiuo aut ſpiritu, negotio nempe, ad quod perficiendum Romam miſſus, infecto; ſpe quoque (vt certo creditur) Epiſcopatus irrita, maius hoc negotium, vir ille ſuſceperit promouendum; iudicent alij, qui poſt breue ſpatium, hominem ſacris ac monaſticæ vitæ dicatum, thoro ſacrilego cum monacha luxuriari, commeſſationibus, ſobrietati religioſæ interdictis indulgere, denique contra quietam ſtatus ſui profeſſionem, principum ac ſubditorum rixis miſceri; inter ruſticos ac nobiles, nūc claſſicum canere, nunc fœcialem agere, authorum memorias accuratius euoluendo, clarius perſpexerint.

Alphōſus Illeſcas hiſt. Pontif. Leonis X.

Hieron. in gloſſa ad c.9. Oſſeæ. *Hæreticus raro caſtus*; quod aduerſus Pelagianos exemplis Simonis, Nicolai, Arrij, Marcionis &c. probat, latiuſque proſequitur Paramus de orig. Inquiſit. l.2. tt.3. c.4. v.21. & c.7. à n.52.

Accedit, quod cum ſacræ militiæ deſertor, ſæpius, & cum ſuis & cum Catholicis quibuſdam contendere potius quàm cedere viſus eſt;

non dubitauit animi sui ac motiui secretum apertius prodere, confitendo: *Hæc causa nec propter Deum cœpta est, nec propter Deum finietur.* Item in responsione quadã ad Hircũ Lipsiensem: *Cor meum inquit ita affectum est, vt sperem me in Dei nomine hoc opus esse aggressum: non tamen eius audaciæ sum, quod de eo iudicium feram, prædicemque publicè pro certo aliter non esse, nollem libenter diuinum iudicium super hac re sustinere.* Sed quia iacta alea erat, (vel vt ipse loquitur) *causam hanc aggressus sum, videndum mihi nunc est & dicendum eam iustã esse:* Ideoque tam capillatæ occasioni cætera omnia adminicula conquirebat. Vir itaque callidus, puritatem quam cognomine mutato prẹferebat, doctrina etiã insinuare altissime perstrepebat: nihil præter purum & putum Euangelium, nihil præter Apostolicam, aut quod altius sonabat Christi doctrinam blasonabat. Vide-

Lutherus in prima disp. cum Ioanne Echio.

LauterGerm. sonat purus cũ prius Ludder, vel Kudder.
Ore impurissimus propheta stercorius à multis nuncupatus fuit.

Videtur non incongruè Propheta regius, ſimilium circumueniendi artem hominum doloſque paucis ſed efficacibus hiſce deſcripſiſſe: *Sepulchrum patens eſt guttur eorum; linguis ſuis doloſi agebant; venenum aſpidum ſub labijs eorum;* quemadmodum & ipſe nouæ religionis Doctor, primum illum falſitatis præconem non minus ingenuè expreſſit, dum protoplaſtis humani generis, promiſſione valde ſpecioſa, *Aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij,* Paradiſi exterminium, æternæ mortis pœnam, omniumque in vita miſeriarum venenum, ſuadendo fallaciter, propinauit. Cum enim Apoſtolica illa ſententia: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit,* Eccleſiaſtici iuris arbitrium principibus ſęcularibus (quos alias cæcos, ſtolidos, inſanos, furioſos &c. raramque in terris auem prudentem principem prædicauit) lib. aduerſus Regem Angliæ in fin. item

Pſalm. 13.

Gen. 3. 2. 5.

Rom. 13.

lib. de poteſtate ſęculari ad Ioannē Ducem Saxonum aſſereret. Cum carnis petulantiā matrimonij honorabili ex Scripturis titulo ac priuilegijs condecoraret; Celibatum doctrinam demoniorum nominās. Cum bonorum operum merita, tamquam Chriſti meritis iniurioſa proclamaret. Cum Papæ in Eccleſia authoritatem tamquam tyrannidem; ipſum Papam vt Antichriſtum decantaret. Quid quæſo aliud aut intendere aut obtinere poterat; quàm principum quorumdam ambitionem, & auiditatem, Eccleſiæ ſpolio ſatiare, immò magis irritare; hominum promptius carni quàm ſpiritui ſeruientium libidini ſecurius patrocinari, atque à continentiæ diuino ſtudio, auocare; Virtutum perfectionumque variarum, Chriſti nobis exemplis ac doctrina commendatarum imitationem, hypocreſis, impoſſibilitatiſue inſimulatione, à Chriſtianorum ſocietate,

Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquēs exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. 1. Pet 2.

rele-

relegare. Denique lupi inſtar, oues à paſtore ſuo auellere, gregemque diſperſum perniciosè diſperdere? Quos profectò effectus, ſi ab euentu probandos mihi aſſumerem, ad illas tantum prouincias tranſcurrendum mihi foret, quas noua hęc ſecta atque Euangelica Puritas, antiquo omni decore Eccleſiaſtico, ac Chriſtianę perfectionis ſanctimonia expurgauit; vel Puritanico cuidam zelo adhuc ſpoliandas denudendaſque reliquit: quò ſic etiam repręſentent protoplaſtorum culpæ primum perſimilemque fructum, videlicet, *Poſt apertos oculos cognouiſſe ſe eſſe nudos*. Adhuc patere inſuper hinc manifeſtius poſſet, quã verè de Serpente Scriptura dixerit: *Sed & Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ*, & quàm neceſſarium ſit fidelibus cunctis, Authoris ſalutis noſtræ antidotum illud: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ*; ſimplicitatem

Gen. 3. n. 1.

Matth. 10. n. 16.

tatem

tatem malitiæ, prudentiam calliditati opponens: quàm denique fidelis eiuſdem admonitio: *Attendite* Matth.7. *vobis à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt Lupi rapaces.*

Ad malignitatē nunc ſermo conuertendus eſſet; niſi vix reperiatur ſine malignitate calliditas, quamuis eam etiam aliquando boni fructus ſequantur; quemadmodum hanc quam propoſuimus, multorum in fide ruinam, totius antiquitatis iniuriam, denique multiplicium errorum ac confuſionum originem ſecutam eſſe; paucis monſtrare, ex ipſius Lutheri dictis non iniucundum exiſtimamus. *Non enim eſt* Deuteron 32 n. 31. *Deus noſter ſicut Dij eorum, & inimici noſtri ſunt Iudices;*

Fidei igitur Chriſtianæ fundamentum, Euangelicis ac Apoſtolicis ſcriptis contineri atque tradi; ſicut negare impium apud omnes, ita apud veteres conſtans ſemper con-

confessio fuit: Ecclesiam Apostolicam, non ideo solum Apostolicam dici, quod Apostolorum doctrinam sequatur; sed vt Tertullianus in præscriptionibus loquitur: *Per hoc, & ipsæ Apostolicæ deputabuntur, vt soboles Apostolicarum Ecclesiarum, hoc enim modo census suos Apostolicæ Ecclesiæ deferunt: aliàs etiam Prophetica & Euangelica dici meruisset, cum longè plura sint Prophetarum & Euāgelistarum scripta, vnde doctrinam hausit.* Quamobrem ipsemet quoque de quo sermonem facimus, initio discessionis suæ ab ea, quæ tunc pro Apostolica communiter habebatur Ecclesia, solemniter aliquando protestatus est: *Se prorsus nihil dicere, aut tenere velle, nisi quod in & ex sacris literis primò, deinde ex Ecclesiasticis patribus ab Ecclesia Romana receptis huc vsque seruatis, & ex Canonibus & Decretalibus Pontificijs habetur, & haberi potest.* Quemadmodum etiam, *Cum vna semper,* Lutherus.

(vt

Vide Baron. Annal. t. 7. ad an. 534 p. 165. vbi etiã citatur Pelagius Papa in cap. Quamuis 21. distinct. Sic quamuis vniuersæ &c. Tom. 1. Ien. lat. & tom. 1. lat. VVittenberg.

(vt loquebantur veteres) *est Ecclesia Catholica vbique diffusa: ita Sedis Apostolicæ titulum nulla præter Romanam sibi vmquam vsurpauit*, vt verè ipse Lutherus in quarumdam propositionum resolutionibus anno 1519. editis in hunc sensum asseruerit: *Primum quod me mouet Romanum Pontificem esse alijs omnibus superiorem, est ipsa voluntas Dei &c. neque enim sine voluntate Dei in hãc Monarchiam venire vmquam potuisset Rom. Pontifex*. Immo anno præcedenti, in Epist. quadam tomo 1. operum eius contenta: *Contestor*, inquit, *coram Deo & cunctis creaturis, quod nolo, nec vmquam intentionem habui tangere authoritatem Ecclesiæ Rom. aut Pastoris eius. Confiteor quod Ecclesia hæc super omne est, quod in Cælo est aut in terra, excepto solo Iesu Christo*. Quin etiam in abiuratione prima, Augustæ Vindelicorum Cardinali Caetano pręstita; In præsẽtibus Notario & quatuor Impe-

pe-

peratoris Consiliarijs, idem latius, solemniusque confirmauit. Denique cum scriptura fidei norma, Pontificis etiam authoritas, ab Apostolorum Coryphęo ac Christi in terris Vicario descēdens, ad conseruandam Veritatis vnitatem, ac Ecclesiæ visibilis vnionem, omnimodè inter se cohęreant: non mirandum adeò mihi videtur, eundē Lutherum, contra pestiferam progeniem suam, furibundos tunc Anabaptistas, ianuam Ecclesiæ, Baptismum scilicet (sicut ille claues terasque, cætera nimirum sacramenta corruperat) infringere tentantes, hanc plenam planamque confessionem, stimulo conscientiæ conuictum, vel exagitatum, opposuisse. *Nos fatemur sub Pontificatu plurimū esse boni Christiani, immo omne bonū Christianum illinc ad nos deuenisse: quippe fatemur in Papatu veram esse scripturam sacram, verum Baptismū, verum Sacramentum altaris, veras* Luther. epist. de Anabapt. ad duos Parochos t. 2. German. VVittēberg. f. 229. per Lufft.

claues

claues ad remissionem peccatorum, verum prædicandi officium, verum Cathecismum, vt sunt Oratio Dominica, decem præcepta, articuli fidei. Dico insuper sub Papatu veram Christianitatem, immo verum nucleum Christianitatis esse. Quomodo autem de his ipsis articulis aliter postmodum scribens aut prædicans, fidem mereatur; sanioris mentis viderint: præsertim cum Scripturæ authoritatem ita minuere vel impugnare deprehendatur: *Tu Papista valdè quidem fastidis & ferocem te facis cũ Scriptura, quæ tamen Christo vt Domino subest: itaque nihil ea re moueor. Age sane famulo, nitere quantum voles: at Ego nitor Christo vero magistro, Domino & Imperatore Scripturæ &c. Illi honorem habere & credere malo, quàm vt omnibus dictis Scripturæ vel latum vnguem à sententia me patiar dimoueri.* Deinde quoque Pontificis potestatem, sacramentorum integritatem, Ecclesiæ splen-

Comment. in c. 3. ad Galat. to. 1. Germ. VVittemb.

ſplendorem ac Vnitatẽ, varijs modis impetere, multis calumnijs laceſſere, præcipuè vero, mendaciſſimis illis de Captiuitate Babylonica & de Antichriſto libris deſtruere præſumens; quid profectò aliud ſentiendum reliquit? niſi quod ipſe ſibi non conueniens, inconſtans & contradicens, aut ineptè quod aliquando ſtatuit fundamentum, altera manu demoliri aggreſſus ſit; aut quòd vtroque ſenſu ambiguus, eos qui in antiqua Eccleſiæ Rom. fide & vnione ſecuri ſtabant, nouis opinionibus nouiſque dubijs turbare, ad præcipitium trahere, immò ipſius religionis ruinam accelerare; maligno hæreticoque conatu, vaferrimè parauerit. Alio fortaſſis loco, non pugnantis ſed narrantis ſtilo perſtringere cõmodius occurret, qua arrogantia, qua falſitate, qua contradictione, præcipua fidei dogmata, nunc ſecundum antiquum Conciliorum, Patrum, Docto-

N. Quod Lutherus ſcripſerit tom. 7. Germ. VVittember. fol. 150. impreſſo anno 1554. per Ioann. Lufft. Si ſemel apprehenderer ita mentitus, falſus & craſsè ſtolidus, iam mea doctrina, & honor & fides & fidelitas finem penitus haberent &c.

cto-

ctorumque Catholicæ Ecclesiæ sẽsum proposuerit: aliquando iterum tamquam Christi Domini cancellarius, aliam mentem exponens; antiquorum hæreticorum, eiusdem Ecclesiæ iudicio olim damnatorum errores, fortius ab orco reuocauerit. Sed, quod communius ex diffusis eius scriptis arguitur; quamplurimis in ijsdem materijs contradictionibus, aut Mahometis se quãdam persimilem columbã, aut tribus Anticyris insanabile caput habuisse magis, quam Apostolorum, Orientis Occidentisquè Doctorum Spiritum & doctrinam, vel minimũ expressisse; quàmplurimi & Catholici & hæretici, scriptis doctissimis satisque superque demonstrarunt.

Vide tractatũ quendam inscriptum Perspectiuũ Lutheranor. & Caluinistarũ P. Bonauenturę Hocquardi Ord. Min. impressum Viennæ Austriæ an. 1649

CAPVT IX.

TRanseo non ad vindicandum, sed indicandum modo, indignissimas venerabili Antiquitati illatas

latas à prædicto Pſeudoapoſtolo Germaniæ iniurias; quas ſi prius penſitaſſet, ſe non homines tantum mortuos, vel vt eius hyperaſpiſtes blaſphemè nuncupabat Caluinus, manes, vmbras, laruas, carnifices &c. Sed contra viros cælites, iuſtos, amicos Dei; Occidentis Orientiſque totius cultu ac honore ſpeciali approbatos, euomuiſſe: fortè aut facti pudore, palinodiam ceciniſſet, pœnitentiam agens; aut dum ſe, veterum plerumque ſententijs doctrinam ſuã roborare meminiſſet; nequaquam poſſe efficaciter perſuadere aut fidem facere, maculatorum hominum authoritatibus, ſolertius animaduertiſſet. De Sanctis, qui in Cælis cum Deo regnant, non vacat quantum eis impiè detraxerit examinare; cum partim colendos, partim ſcommate affectos, nouo quaſi ludibrio hominum expoſuerit: ita vt, quos Oriens & Occidens, perpetuo ac religioſo

lib. 3. inſtitut. c. 20. & l. de Ecleſia reformanda. lib. 2. Inſtit. cap. 2.

Vos amici mei eſtis Ioann. c. 15.

Nimis honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum. Pſal. 138

Qui mihi miniſtrauerit, honorificabit illum Pater meus qui in Cælis eſt. Ioan. 12.

cultu veneratur: Ipſe cum ſuis coętaneis, aut ciuili tantum quodam honore (vix aliter, quam gentiles quondam inſignes quoſdam viros) propter exemplum dignos iudicauerit; aut quia Catholicorum patrocinijs miraculorum gloria in terris corruſcare cognoſcuntur, præſtigiatorum illuſorumque titulis conuiciari ac cauillari eoſdem nõ perhorreſcat: haud ſecus, quàm malignantes illi Iudæi, Dominum ac Sanctorum Principem, in Belzebub eijcere dæmonia affirmabãt. Extant quidem præ multis, aliquot inſignia loca, quibus in Eccleſia Catholica ſeu Pontificia, vt ille vocat, *Multos pios, magnoſque Sanctos agnoſcens: Beatam Virginem, Angelos, proprium Apoſtolum, & Sanctos reliquos, quibus in vita quis ſeruiuit, inuocare in mortis articulo* efficaciter ſuadet, *vt pro ſe intercedant ad Dominum*. Sed, quod omnium teſtimoniorum clariſſimum eſt, in de-

Matth. 12. 'a. 24.

Superius in ep. ad duos Parochos itẽ l. de cap. Babil. c 2. Item Luther. de præparat. ad mortem. Item tom. 1. Ien. lat. fol. 227. ex impreſſ. Donati

claratione quorumdam articulorũ, *de intercessione Sanctorum cum tota Ecclesia Christiana*, inquit, *sentio, & iudico Sanctos à nobis honorandos esse, & inuocandos: nam quid opponi potest miraculis quæ Deus adhuc per reliquias Sanctorum operatur?* Tamen qua authoritate, aut nouo reuelationis Spiritu postmodum: non darem inquit obolum pro meritis D. Petri, qui nec se ipsum iuuare potest; Prophetas & Apostolos lapsos esse; seque istorum iudicem Angelorumque futurum; immò illorum cultum summi Dei iniuriam, quin & Idolatriam procaciter asseuerauerit; discipulos eius ac sectatores, vt probè declarent, per Spiritum veritatis adiuro: vel ne mihi grauissimi antiquitatis magistri sententiæ percelebri fidem adhibenti succenseant; *Omnia aduersus veritatem de ipsa veritate constructa sũt; operantibus æmulationem istam Spiritibus erroris.* Nequaquam enim

Art.456. &c.

Lib. de 10. præceptis c.1 & lib aduersus Reg. Angliæ.

Tertull. in apologet. c. 47.

Luther. t. 6. Germ. VVittember. p. 165 persuadere mihi valeo, Euangelistã Christi (vt seipsum impudenter nuncupauit) adeò fuisse à Deo illusum, vt post acceptam primam veritatis illuminationem, ad corrigendos veteris Ecclesiæ errores; iterum alibi tamquam lunaticus in eosdem reincidere, atque eodem ore, (quod etiam os Christi nominauit) nunc probare se Sanctorum cultum cum vniuersa antiquitate, dein proprio tantum sensu eundẽ se damnare, manifesta contradictionis falsitate permitteretur.

Idẽ t. 2. VVittemb. Latin.

Sed quid de his, qui inter istos Cælicolas, in terris adhuc doctrinæ monumentis clarent, & de quibus cum Psalte Ecclesia Catholica exclamat: *Os Iusti meditabitur Sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium*. Item, *In medio Ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dominus spiritu Sapientiæ, & intellectus, stolã gloriæ induit eum non recedat memoria eius & nomen eius requiretur à gene-*

Psal. 36.

Ecclesiast. 15

generatione in generationem. Sapientiam eius enarrabunt gentes, & laudem eius enunciabit Ecclesia. Nouus hic Interpres, & vnius Vestalis vir; è sinu potius mulieris corruptæ, quàm ex sensu omnium sęculorum integerrimo protulerit, breuissimè adnectemus. Sic enim ex omnium contextu elucescet, quàm appositè adagio quodam Hispanorum pronunciatum sit, In Cælum conspuẽtis faciem proprio plerumque sputo fœdari: & quàm verè de præclaris ac sanctis hominibus edixerit Sanctus Propheta & Rex, *In memoria æterna erit iustus ab auditione mala non timebit.* Nemo vnquam Christianorum ignorauit vel negare potuit, omni sæculo, ab Apostolorum tempore, vsque ad ætatẽ nostram, in Ecclesia visibili Doctores sapientissimos, qui fidei veritatem scriptis assererent, & hæreticorum falsitatem insigni doctrina, ac sapientia detegerent atque repel-

Quien al Cielo escupe en la cara le caye.

Psalm. 118.

Vide Anastasium Bibliothecarium in præf. ad octauã Synodum. Vide Censuram Orient. Ecclesiæ ad Confessionẽ Augustan. anno 1576.

lerent, tàm in Oriente quàm Occidente floruisse. Et quamquam in ista, ob schismatis maculam, omnis sapientiæ splendor iam pridem obscuratus est ac defecit; tamen quotquot adhuc Græcanica Ecclesia erroris sui alit magistros, omnes contra hæreses quascunque in præcipuis dogmatũ capitibus, Occidentali huius Ecclesiæ veritati perhibere testimonium; diuinæ prorsus adscribendum esse prouidentię existimo. Vnde si Chrysostomum, Basilium, vtrumque Gregorium, Apostolicum illum Dionysium, aliosque ingenti numero antiquorum sæculorum Patres, vsque ad primam schismatis scissuram, inter inuidos istos schismaticos, pro fidei ac veritatis assertione nominaueris; nemo planè, horum authoritatem non veneratur & approbat: Nemo memoriam, vt hominum scientia & sanctitate apud Deum & homines illustrium, singulari honore non reco-

recolit. Similiter quoque cum in Occidente, antiquissimum Tertullianum, Hieronymum, Gregoriũ, vt cæteros posteriorum sæculorum taceam innumeros, pro veritate dogmatis Catholici produci aliquã-do contigit; quis vmquam contra hos patres grauissimos, vel hiscere ausus fuit, ne dicam perfrictã frontem sine confusione opponere? Cũ vel ipsimet omnium Sectarum magistri, illorum argumentis pugnare, suæque mentis ac erroris tamquam patronos adducere, semper pro more & gloria habuerint.

N. Lutherus ipse in cap. 5. ad Galat. de D. Hilario. Cyrillo Ambrosio & Augustino dicit. post alia. Enimuero Euangelium & fidẽ in Christum, absque vlla hypocrisi, purè & simpliciter tradiderunt, hereticis restiterunt, & Ecclesiam ab innumeris erroribus expurgarunt.

[Attamen qua modestia Lutherus iste, Tertullianum inter Ecclesiæ doctores merum esse Carlostadiũ? (quem ipse vocabat diabolum incarnatum) Cyprianum Martyrem, infirmum Theologum? Hieronymum hæreticum, atque inter Ecclesiæ doctores non numerandum; quin etiam à se conculcari cum sua Betlehem cuculla & deserto? Gre-

Cõfessio Augustana citat licet corruptè, D. Augustinũ, D. Hieronym. &c.

Mensal. colloq. varijs locis.

Super Genes. c. 12.

Lib. ad Regem Ang.

gorium ne teruncij quidem valere, diabolum enim eum in ſuo Dialogo decepiſſe. Breuiter nullius ſe loci habere, vel mille Auguſtinos, vel mille Cyprianos, vel mille Eccleſias, non enim dignos eſſe ſoluere corrigiam calciamenti ſui. O impudentiſſimū! Immo omnes patres, cæcos ignorantesque in ſacris litteris fuiſſe, pronunciauerit? O ſtolidiſſimum! Quorum tota ſanctitas in eo ſita eſt, quod multum ieiunauerint, multum orauerint, humi cubauerint, multum perpeſſi fuerint, cilicio & ſacco induti: quam ſanctitatem & canis & porcus quotidie exercere poteſt.] Deſpicere non valeo, quid ingenuæ excuſationis adferri poſſit niſi fortè, quod facetus erat, & inter facetias & cōuiuia, hæcce conuicia non ſeriò eructauerit: aut ſi aliquando ſeriò locutus eſt, non huius ſe notæ ſanctos approbare indicauerit; ſed alios velut nouæ reformationis ſuæ

Tom. 2. fol. 443.

Lib. de ſeruo arbitrio.

foe-

ſœtus,hiſque virtutibus inſtructos? *Nos ita dicimus,quod veri & germani ſancti,debeant eſſe fortibus & atrocibus peccatis obnoxij, ac tales etiam manere, quos non pudeat orare: Dimitte nobis debita noſtra.* Item: *Quãto ſceleratior es,tanto citius Deus gratiam ſuam infundit.* Denique non horum ſe doctrinam ac memoriam tanti facere monſtrauit, quibus de vitæ integritate ac ſapientiæ cæleſtis plenitudine, ipſa ſcripta ſæculorumque omnium vnanimis approbatio ac reuerentia,teſtimoniũ perhibebant; quanti ſeipſum, de quo ingenuè confeſſus eſt, ad magnum reformationis opus talem acceſſiſſe: *Solus eram, & certe ad tãtas res tractandas ineptiſſimus & indoctiſſimus:* qui ſæpius gloriatur, non ſolum ab atro ſpiritu miſſam abrogandam didiciſſe, verumetiam pluſquam ſalis modium cum eodẽ comediſſe: quod certè ſatis ardores ingentes excitaſſe,ingurgitationiſ-

To.4. Germ. VVittember. comment. in Ioannis c.17.

Serm. de piſcatura Petri

To.1. Latin. in præfat.

Tom.6.Ienẽſi Ger. fol. 82. de miſſa angulari.

nisque causā ipsi crebrius præbuisse, nullus quantumuis abstemius inter Germanos admiratur, aut nō excusat.

CAPVT X.

ACcedo ad vltimum malignitatis Luthericæ fructum, seu potius pœnam, videlicet confusionem; quæ cum alios errorum multitudine confundit, ipsum plerumque authorem, dedecore nouitatis, ac inconstantiæ ignominia obruit: rectissimèque vtrisque tamquam acephalis, Tenebrarū ille princeps pro capite tribuitur, in cuius imperio nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Etenim, haudquaquam dissimile in Lutheri reformata Ecclesia, ac noua Euangelij prædicatione euenisse, quàm in Babylonicæ terris ædificatione, arrogantibus eius architectis, tam superioris nostri sæculi historia, quàm

quàm præsentis ætatis aperta cognitio, nemini de hac veritate dubiũ relinquit. *Turris* (inquit præclare Isidorus) *est dogma hæreticorum qui moti ab Oriente, idest à vero lumine, se erigunt contra Deum; volentes illicita curiositate cæli altitudinem penetrare: Sed ab vnitate & confessione fidei segregati, diuersitate erroris, quasi dissonantia linguæ ab inuicem separantur; & quos armat contra Deum perniciosa concordia, condiuidit erroris per quam citò repentina confusio.* Sed quis vmquam clarius ipso Luthero? *Postquam violata fuit concordia, & vnitas Ecclesiæ, nec finis nec terminus est dissensionum nostrarum. Sacramentarij primùm de nobis exierunt postea Anabaptistæ, qui non concordant; ita vna secta aliam vocat, & hæc condemnat istam. Vbi vnitas cessat, numerus in infinitum progreditur dicunt Mathematici; sic vnitate Ecclesiæ rupta, impossibile est errorum ingressum impedire.*

Isidor. apud gloss.

Tom. 5. c. 5. ad Galat.

Di-

Dignam certe veraciori ore veritatem. Quid porro quæso dicendum erit, quod ipse sibi toties Lutherus contrarius; in omnibus prope fidei capitibus secum pugnans; à quibusdam suæ opinionis sectatoribus, postea verò Ecclesiæ recōciliatis, in sola tractatione de sumēda Eucharistia, notatus sit contradictionum triginta sex. In tractatione Communionis sub vtraque specie, capitum contradictoriorum septem. In articulo de libero arbitrio, diuersis temporibus sententiam mutasse sexcies, & sic in reliquis. Nam si fortè antilogias hasce, quisquam mutationis in melius titulo excusare adniteretur; nouerit vltra commune absurdum, in fidei dogmatibus similem mutationem abhorrens; ipsum Lutherum, Caroloſtadium primarium discipulum suum ac fidissimum Achatem, pro eiusmodi excusatione condemnasse. Sic enim tomo secun-

Gaspar. Querhamerus.

Cochlæus in Luthero. Sepricipite.

Sixtus Sartorius.

cũdo in tract. contra ſceleſtos prophetas: [Carolſtadius inquit eo ſe excuſat, quod initio Spiritum ſatis fortem non habuerit: At Dei ſpiritus (nota) hac excuſatione non vtitur. O Dæmon iam ſcio; quis ſcis.]

Porrò ſi genuinam quis ſententiam Lutheri, in ea quæ Carolo V. Imperatori anno 1530. oblata fuit Auguſtana Confeſſione claruiſſe, eoſque legitimos Lutheri diſcipulos, qui eandem amplectuntur aſſeuerauerit? Obſecro qua ratione ipſum Lutherum ſextũ iſtius confeſſionis articulũ, totidem propoſitionibus repugnantibus, in libro de libertate Chriſtiana deſtruentem, excuſabit? qua facie, eandem confeſſionem duodecies à Philippo Melancthone in grauiſſimis religionis articulis, indignante Luthero, refabricatam; inter Confeſſioniſtarum ſectas propemodũ 23. aut producet, aut tuebitur? quo ca-

Vide indiciũ Caluini de Confeſſione Auguſtana. Epiſt. 113.

Muſculus apud Heraber gen. ibidem. SelnecKerus, & Smidelius.

capite, nostris demum temporibus, tot cætus protestantium, sensibus diuersissimos, ad vnum consensum, aut coget, aut alliciet? cum adeo manifestum sit, id quod de Lutheranica sua Ecclesia scripsit Nicolaus quidam Selneckerus ad Psalmum 131. *De publica discordia in Ecclesia non est quod interroges: loquor autem non de ea discordia, quæ nobis necessario de fidei doctrina cum Papistis intercedit, sed de ea quæ inter nos ipsos est, qui puram habere nos Euangelij doctrinam gloriamur. Nota enim sunt certamina atque rixæ &c. Vbi rixandi atque contendendi, neque finis est, neque vllus modus*, vel vt Dauid quidam Chytræus declarauit. *Euangelici doctores immanius fere & truculentius, quàm barbari milites inter se digladiantur.* Vnde fit vt quamuis in nascente hac Ecclesia tot sint celebrata colloquia, videlicet Marpurgense inter Lutherum & Zuinglium; Ratisbonēse;

Fredericus Staphilus in trimembri epithome Theolog. Luther. Vormatię durante colloquio exhibita.

Vide Andreā Iurgeuicium de bello euāgelico.

Themate de depravat. Cōfession. August.

Vide Lucam Osiandrum in historia Saxonica lib. 16.

ſe; VVormatienſe; Oxonienſe inter Melanthonem, Bucerum, Martyrem & Papiſtas; Heydelbergenſe; Mulbrunenſe; Mompelgartenſe, inter Euangelicos: tamen non videntur alium aut effectum, aut exitum produxiſſe, quàm ſi ſimpoſiaca hac Lutheri benedictione fuiſſent aſperſa: [Si concordia fieri debeat, fiat in nomine omnium diabolorum.] Hinc expedientiſſimum ſatis noſtris temporibus conſilium, tam Lutheranis quàm Caluiniſtis & Anabaptiſtis viſum eſt; quamuis memoriæ Apoſtolorum ſuorum non ſatis gratum; nomina videlicet eorum, quorum doctrina primum cogniti fuere, aut erubeſcere, aut honeſtioribus permutare. Quemadmodum enim aliquando Lutherus, [Sunt (inquit) qui ſe Lutheranos eſſe gaudent. Non ſic fatue, non ſic; oro vt meum nomen taceatur, & nemo Lutheranus ſed Chriſtianus appelletur:] Sic

Tom. 4. oper. Latinor.

nunc

nunc Euangelicorum titulo vtentibus, quintum & ſextum addere licebit; Proteſtantium gaudentes libertate, Proteſtandi contra quamcunque legitimam authoritatem ac veritatem recalcitrandi ius conſeruabunt; Reformatorum zelo accenſi atque armati, deformandi Eccleſiæ ſanctos mores, atque antiquæ Eccleſiæ dogmata innouandi licentiam reddent perpetuam: niſi fortè generico vocabulo quãuis Turcico, Muſulmanni ideſt verè fideles dignoſci, atque nominari ſatius duxerint. Vel ſi potius noui Euangelij huius Apoſtoli Iacobi cuiuſdam ſui vaticinio fidem maiorem adſtruere placebit, audiant Sturmium quendam ſic prophetizantẽ quæſo: *Niſi Euangelici principes authoritatem ſuam interponunt ad finiendas diuiſiones noſtras, impoſſibile eſt, quin adhuc mille hæreſes inter nos repullulent, vt quotidie cernitur: Et quin incidamus in idem infortunium,*

In lib. de cõcordia Euangel.

quod

quod Asia, Affrica, & Græcia; via enim iam modo aperta est ad Atheismum & Mahometismum.

Sed quia cuncta Lutheranæ huius hydræ deliria ac confusiones, tot sui doctoris tomis diffusas velut aquam pugno concludere velle, vix citra insipientiam existimo; nec tot diffusis voluminibus illustrium hominum confutatos errores, paucis huius relationis succinctæ paginis recludere conueniens iudico: Harmoniã tamen confessionis Augustanæ Andreæ Fabricij Leodij opera editam, tamquam magis succinctam inculcare non vereor. Preterea exigua veluti tabella, vtriusque & Calliditatis & malignitatis comprobationem, Imperialis edicti penicillo delineatam, lectori proponere compendiosius gratiusque futurum haud diffido; eò magis, quòd licet idipsum edictum varijs linguis à Cæsare Maximo Carolo publicatum, inter acta seu recessus

Vide Bellar. tom 7. in iudicio de libro Concordiæ.

imperij archiuio eiusdem publico illatum; priuatorum quoque in Germania scrinijs diligenter adhuc adseruetur: tamen in gestæ istius rei narratoribus vix reperiri, aut studio, quemadmodum à liuido illo Liuio Lutherano, Ioanne Sleidano prætermitti, non sine negligentiæ, aut malitiæ eiusmodi authorũ nota, à multis curiosis Lutheranis desiderari non immerito animaduerti. Sic itaque Latino idiomate Edictum illud fideliter exhibemus.

CAPVT XI.

CArolus Quintus Diuina fauente clemētia electus Rom. Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ: Comes Habspurgi, Flandriæ, &Ty-

& Tyrolis &c. Vniuersis & singulis sacri Rom. Imperij Electoribus, alijsque Principibus tam ecclesiasticis quàm sæcularibus: Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Cliẽtibus, Præfectis, Præsidibus, Iudicibus, Sculteris, Burgimagistris, Consulibus, Scabinis Ciuitatum, Oppidorum, Villarum, Terrarum, & quorumuis aliorum locorũ communitatibus: nec non Vniuersitatum, studiorum siue Gymnasiorum Rectoribus, & locorum tenentibus seu officialibus eorumdem, ac cæteris quibuscumque nobis tam iure sacri Imperij, quàm hæreditario, aut alio quocunque modo subiectis: & fidelibus dilectis cuiuscunque status, gradus, aut conditionis sint, & ad quos præsentes, vel earumdem exemplum, nostro vel alicuius Prælati Ecclesiastici sigillo, siue etiam publici Notarij manus

ſubſcriptione communitum perue-
nerit; gratiam Cæſaream & omne
bonum. Ad veri Rom. Imperato-
ris officium pertinet, non ſolum
fines huius ſacri Imperij, quòd præ-
deceſſores noſtri Germaniæ Prin-
cipes, ob defenſionẽ Sanctæ Rom.
& Vniuerſalis Eccleſiæ, ſuo ſuorũ-
que ſæpius effuſo ſanguine, per di-
uinam gratiam ſibi quæſierunt, ad
Orthodoxam viam adductis, vel
expulſis infidelibus propagare: Ve-
rumtamen ne quæ hæreſeos labes
aut ſuſpicio in iam ſibi ſubditis na-
tionibus, ſacroſanctam religionem
noſtram commaculet, ſummo ſtu-
dio prouidere. At ſi quæ iam oriri
cœperit, eam omni ope, omnique
cura iuxta normam hactenus à Sã-
cta Romana Eccleſia obſeruatam
delere penitus, & extinguere.
Quod ſi quis alius è maioribus no-
ſtris, tanto nos magis præſtare de-
bemus, quanto Dei Optimi Maxi-
mi immenſa benignitas, nobis plu-
ra

ra regna & Dominia, pluresque & magis bellicosos populos, maioresque vires, quàm iam multis sæculis alicui Principi, qui hisce titulis sit potitus, ad suæ sanctæ fidei tutelam & incrementum, elargiri dignata est. Accedit, quod cum ex paterno genere, è Christianissimis Imperatoribus & Archiducibus Austriæ, Ducibusque Burgundiæ: ex materno vero, Catholicis Hispaniarum, Siciliæ & Hierusalem Regibus, simus orti. quorum omniũ pro fide Christiana res præclarè gestas, nulla vmquam delebit obliuio. Non sine graui conscientiæ nostræ onere & perpetua nominis nota, quadamque velut nebula, fœlicibus ineuntis principatus nostri auspicijs offusa, factum crederetur, si quæ iam abhinc triennium pullulare in Germania cœperunt, nouas quasdam hæreses, immo vero iam sæpius olim per Concilia & Summorum Pontificum decreta,

approbante Ecclesia, damnatas & nunc denuo veluti ab inferis erutas, altiores iacere radices, vlla nostra negligētia passi esse videamur. Sane vestrum neminem ignorare existimamus, quibus erroribus & hæresibus ab Orthodoxa fide longe alienis, quidam Fr. Martinus Lutherus, Ordinis Sancti Augustini, religionem Christianam, in hac præsertim inclyta Germanica natione, omnis infidelitatis & hæresum perpetua oppugnatrice, ita inficere conetur, vt nisi mature occurratur, tota hæc natio, & deinde serpēte contagione vniuersa Christiana respublica, in abominandum schisma, & bonorum morum pacisque ac tandem detestandam perniciem, prolapsura videatur. Quapropter non immerito commotus sanctissimus in Christo Pater, D. Leo X. Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Summus Pontifex, ad quem fidem Cathol. & Ecclesiæ sacramē-

ta curare ſpectat, prædictum Martinum à principio clementer ac paterne monuit & hortatus eſt, vt à nefandis eiuſmodi inceptis deſiſteret, & iam ſparſos errores reuocaret. Quod cum ille neglexiſſet, & peiora ſemper prioribus adderet: idem Beatiſſimus Pater ad opportuna, neque tamen inſueta remedia procedere ſtatuit. Itaque conuocatis ſæpius Reuerendiſſimis S. R. Eccleſiæ Cardinalibus, Epiſcopis ac alijs Prælatis, nec non regularium ordinum Prioribus, ſeu Miniſtris Generalibus, accerſitiſque pluribus ſcientia & probitate præſtantibus viris, & in omni doctrinarum & linguarum genere eruditis, ac diuerſarum Chriſtianarum nationum Doctoribus & Magiſtris: Prædicto tamen Martino priùs vocato & citato, ac in contumacia perſiſtente, ipſius ſcripta tam Alemanico quàm Latino ſermone edita & edenda, vt pernicioſa & fidei

vnitatique Ecclesiæ contraria, authoritate sua Apostolica, præfatorumque hoc accedente Cardinaliũ consilio & assensu, ac Episcoporum & Prælatorum, Doctorumque, & Magistrorum matura deliberatione, damnauit, & vbique locorum comburenda, prorsusque abolenda censuit & decreuit. Martinum vero ipsum nisi infra certum expressum terminum à publicatione Decreti Sanctitatis suæ, mutata sentẽtia, se errores suos reuocasse & ad pœnitentiam rediisse, docuisset: vt inobedientiæ, & iniquitatis filium, vt schismaticum & hæreticum ab omnibus euitandum; & pro vt iura postulant, puniendum declarauit, sub pœnis & censuris, quæ in Apostolicis litteris, bulla plumbea communitis, & super hac re editis, latius continentur. Quas ad nos vtpote Christianæ fidei verum & Supremum propugnatorem, & Sedis Apostolicæ Sanctæque Rom. Vniuer-

salis

ſalis Eccleſiæ Primarium filium & Aduocatum, per ſuum & dictæ Sedis Apoſtolicæ ſpecialem Nunciũ & Oratorem, honorabilem virum nobis dilectum Hieronymũ Aleandrum, eiuſdem Sedis Protonotariũ, & Apoſtolicæ Bibliothecæ Præfectum, dedita ad hoc opera miſit: petens atque requirens, vt pro officio ac debito Imperialis dignitatis, in Vniuerſo primum Rom. Imperio, deinde (quod Catholicum & Chriſtianum principem decet) in cæteris etiam Regnis, Dominijs & Prouincijs noſtris, & præſertim in Germania, præſtito in auxilium fidei Catholicæ brachio ſęculari, omnia & ſingula in iam dictis litteris Apoſtolicis contenta, inuiolabiliter obſeruari, & executioni mandari iuberemus. Poſt quas quidem prędicto Martino factas à Sanctiſſimo Patre monitionem, vocationem, citationem, & ipſius tandem condemnationem, nec non præſenta-
tas

tas nobis eiusdem Beatissimi Patris litteras; Bullamque Apostolicam, per varia & diuersa loca Germaniȩ publicatam, & nostro iussu & mandato non solum Louanij in inferioribus dominijs nostris: verum & Coloniæ, Treueris, Moguntiæ, Leodij executioni demandatam, tantum abfuit, vt idem Martinus resipisceret, errataque sua reuocaret, & petita absolutionis venia, in gratiam cum Summo Pontifice & Sãcta Ecclesia redire procuraret: vt etiam detestabiliores peruersi ingenij sui fructus in dies ederet, & perinde ac in manifestam Ecclesiæ perniciem, furens rueret, complures aceruatim libros, non modo nouarum sed etiã à Sacris Concilijs condemnatarum hæresum plenos non solum Latino, verumetiam vt facilius vulgus peruerteret, Alemanico sermone à se compositos vel saltẽ suo nomine editos, ferè quotidie diuulgaret in quibus (bone Deus) ob-

obſeruatum ab Eccleſia iam tot ſęculis, ſeptem Sacramentorum numerum, ordinem, vſum, diſſipat, cōfundit deturpat: inuiolatas Matrimonij leges, miris modis fœdiſſime inficit: Extremam vnctionem cum VVicleffo fictionē dicit: communicandæ ſacratiſſimæ Euchariſtiæ ritum, ad damnata Bohęmorū reuocat inſtituta. At ſaluberrimā contaminatis peccato mētibus confeſſionem, primum ita inuoluit, vt Confuſionem eam à confeſſione fecerit, mox etiam magna in parte conuellit: poſtremo adhuc peiora ſe de ea ſcripturum minatur. Vnde nonnulli iam (vt accepimus, quod vel auditu eſt intolerabile) ſumpta hinc occaſione, de Confeſſionis inſtituto & modo cœperint ſubdubitare: Alij mutilatam & truncam fecerint: Alij vero (proh ſcelus) & confiteri ipſi deſtiterint, & nequaquam eſſe confitendum publicè aſſerere ſint auſi. Porro ſacerdota-

dotalem ordinem & per quod ſacroſanctum Chriſti corpus ſanguiſque conficitur, diuinum illud munus, clauiumque cæleſtium poteſtatem non ſolum viliſſimi pendet Lutherus,& Laicis puerîſque,atque adeò fœminis ipſis communia facit: ſed & eoſdem Laicos ad lauandas ſibi in Sacerdotum ſanguine manus incitat. Ipſum vero ſummum noſtræ Religionis ſacerdotẽ, D. Petri ſucceſſorem, & verum in terris Chriſti Vicarium, non niſi infamibus & probroſis nominat verbis, & frequentiſſimis atque inauditis inuectiuis, contumelijs & blaſphemijs inſectatur. Liberum arbitrium prorſus nullum eſſe, ſed omnia certa lege ſtare, ex Manichæi, quidem & VVicleffi penu depromit: ſed tamquam irrefragabili argumento, Ethnicorum Poetarũ carminibus confirmat. Miſſæ venerabile ſacramentum, neque defunctis neque viuis alijs, quam ſoli ce-
le-

lebranti suffragari scribit. Ieiuniorum & orationum institutionem & consuetudinem, ab Ecclesia obseruatam, inuertit & corrumpit. De Purgatorio,& animarum quæ in eo expiantur statu,deque diuini sacrificij & veniarum suffragijs, quæ à nobis fideles defuncti expectant, cum Valdensibus & VViclessistis contra Ecclesiam sentit: De Ecclesia vero ipsa militante,cum Pelagianis & Hussitis. At Sanctorum Patrum authoritates & scripta,ab Ecclesia recepta pro nihilo habet. Est etiam vbi sæpe derideat, debitumque illis cultum & deuotionem detrahit, & diminuit. Obedientiam & regimen omne prorsus tollit. Vnde populi ad defectionem & rebellionem à suis tam spiritualibus, quam temporalibus dominis faciendam, ad rapinas, cædes, incendia, cum magno & manifesto Christianæ Reipublicæ discrimine prouocētur.Quin imo,cum vitam quorum-

dam

dam ſolutam, licentioſam, atquē ab omni lege explicitam, & vere ſerinam inducere conetur, ita ex lex homo, leges ipſas omnes damnat & contemnit, vt decreta Summorum Pontificum,& ſacros Canones, publico igni comburere non formidauerit; facturus peiora ciuili iuri, ſi non magis ſæculi gladium, quàm Pontificis excommunicationes & cenſuras metuiſſet. Iam vero, ſacroſanctis Concilijs palã contradicere & pro ſuo arbitratu detrahere, non erubeſcit. E quibus potiſſimũ Conſtantienſe illud,quod cum perpetua inclytæ Germanicæ nationis gloria, pacem & tranquillitatem diſſidenti Eccleſię dedit: ita vbique mordet, & impuro ſceleratoque ore lacerat, vt in magnum Vniuerſalis Eccleſiæ dedecus & offendiculum, ſed Germanicæ præſertim nationis opprobriũ & ignominiam; Conciliũ ipſum nunc peſſimè omnium erraſſe ſcribat: nunc

Syna-

Synagogam Sathanæ, quique in eo conuenerant,& Ioannem Hussitam hæresiarcam comburi iusserant. Sigismundum vtique fœlicis recordationis Imperatorem, & sacri Imperij Principes, Antichristum, & suos Apostolos, homicidasque, & Pharisæos vocet. Quid quod damnata in eodem Concilio omnia Ioannis Hussitæ errata, euangelica,& christiana esse, & se recipere, probaturumque profitetur. Approbatos vero eiusdem Hussitæ articulos, nequaquam admittit. In tantamque prorupit mentis væsaniam, vt si semel Ioannes Hussita fuerit hæreticus, se plus decies hæreticum Martinus glorietur: homo vsque adeò nouarum rerum, ac potius humanæ perditionis cupidus, vt nihil ferè scripserit, vel saltem suo nomine diuulgauerit, cui non aliqua pestis, aliquis lethalis insit aculeus: preter illos libros ne nominandos quidem ob execrandam eorum materiam,

ipsius

ipſius tamen titulo editos, & ab eo
cum reliquis, vt ſuos agnitos, quo-
rum ſingula verba, ſingula venena
merito quis dicat. Et ne omnia,
quæ innumerabilia sũt Lutheri er-
rata, ſingulatim percenſeantur, tã-
quã ſi hic vnus, non homo ſed dia-
bolus ipſe ſub hominis ſpecie, ad
perniciem humani generis, aſſum-
pta Monachi cuculla, quàmpluri-
morum hæreticorũ damnatiſſimas
hæreſes, iam diu ſepultas, in vnam
ſentinam congeſſerit, & aliquas etiã
nouiſſime de ſuo excogitauerit, ſub
ſimulata prædicatione fidei, quam
ad pretexendos ſuos dolos, tam
ſæpe, tantoque opere obijcit: fidem
veram prorſus deſtruit, ſub liberta-
tis, quam promittit, ſpecie, diaboli
iugum & ſeruitutem inducit, & ſub
euangelicæ profeſſionis nomine,
omnem Euangelicã pacem & cha-
ritatem, omnemque rerum ordi-
nem, & pulcherrimam denique
totius Eccleſiæ faciem inuertere,
la-

labefactare, & penitus pessumdare molitur.

CAPVT XII.

QVibus omnibus, per nos & cõsilia nostra omnium nationũ nobis subditarum, sæpius & diligẽter attentis, & consideratis, & præsertim in hac parte ab eodem Beatissimo Patre requisitis, absque insigni macula nostra atque Orthodoxæ religionis iniuria & detrimẽto, rem tanti ponderis negligere, nequaquam potuimus, vt etiã non debuimus, neque voluimus: sed potius prædecessorum nostrorũ Romanorum Imperatorũ vestigijs insistentes, eorumque pro libertate Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ perpetuò laudabilia facta, ac pias & sanctas, super puniendis & exterminandis hæreticis, constitutiones obseruantes, conuocatis sæpius ad præsentiam nostram propter hoc

præcipue electoribus: nec non vniuersi sacri Imperij ordinibus, & ætatibus, in hoc Vormaciensi Conuentu congregatis, de eorum omnium & singulorum vnanimi consilio, matura deliberatione, & consensu, in hanc tandem deuenimus sententiam, & conclusionem, vt quamuis hominem, ita à Summo Pontifice & Sede Apostolica condemnatum, & in sua obstinata peruersitate obduratum, atque ab vsu Ecclesiæ Catholicæ alienum, & notorium hæreticum audire, omni iure exceptum esset: tamen ad tollēdam omnem cauillandi ansam (idque quia nonnulli plerosque libros Martino adscriptos, ipsius esse apertissime inficiebantur) complures audiendum à nobis prius hominē, quàm in eum ad executionē Pontificij Decreti vlterius procederemus, asseuerabant. Martinum sæpedictum, misso ad ipsum, dedita opera, vno ex caduceatoribus seu præ-

præconibus & Heraldis noſtris, ſub libero huc veniendi & hinc recedē-di ſaluo conductu, accerſiri iuberemus: quod & factum fuit. Non vt nos de hoc negotio iudicaremus, aut cognoſceremus, (quum id dubio procul ad Rom. Pontificem, & ſedem Apoſtolicam pertineat) neque vt res ſacroſanctæ fidei noſtræ, nunc tandem poſt tot ſæcula, per nouas altercatione, cum magno fidelium ſcandalo & perturbatione, ac infidelium deriſione, in controuerſiam reuocari pateremur. Sed vt cum vulgi, & plurimorum ita petentium ſatisfactione, hominis animum percontantes, cum bonis monitionibus, & ſuaſionibus ad rectā ſemitam ſi fieri poſſet, reduceremus &c. Reliqua, vlterius rem geſtam cum ſententia condemnationis Imperialis continent, quæ à curioſo latius legi poſſunt in edicto Vormaciæ edito die 8 Menſis Maij A. D. 1521. quod impreſſum inue-

niet in calce Commentarij Ioannis Cochlæi, de actis & ſcriptis Lutheri, edito anno 1549. propè Mogũtiam. Præterea nec ocioſum cuiquã videri debet, his paginis opuſculum noſtrum impleuiſſe; dum teſtimonij claritas, & accuratius rem totã acu tangat, & iudicij authoritas ſtilum altius figat; contra hos, qui aut veritatem hiſtoriæ ignorãt, aut fulmina Eccleſiaſticæ cenſuræ minus quàm vmbram politici gladij timẽt, immò aſpernantur. Quod vero in decreti huius executione, tam contra ipſius Lutheri perſonam, quàm facti eius ſocios, remiſſius quàm par erat, in imperio actum ſit, ex quo malum latiùs ſerpſit; id potius diuinæ vindictæ, ſocordiam tum Principum ſæcularium, tum Eccleſiaſticorum caſtigantis; ſicut & quorumdam Germaniæ Principum contra abſentem Imperatorem conſpirationi in ſæuiſſimum bellum erupturæ, quàm Caroli Quinti tepiditati,

aut, vt quidam cauillantur, diſſimulationi adſcribendum, non minus illorum temporum Scriptores aliquot probarunt, quàm ex caſus ſimilitudine, pro nouiſſima Germaniæ pace cum Suecis & Gallis tranſacta, eruditiſſimus vir Ioannes Caramuel Lobkouitz doctiſſimè calamum temperauit, operamque inſignem edidit. Vel ſi fortè tunc quidquam tarditate remedij, aut nimia Cæſarea indulgentia peccatum fuiſſe, concedi ſibi quiſquam velit; aduertat haud immeritò, communi culpæ, præteritis his bellis, nõ adeò Auſtriacæ domus hæreditarias regiones, quàm proteſtantium Principum prouincias, belli ſæuitia, pœnas exoluiſſe: vt dici ex propheta ratione aliqua poſſit: *Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorũ obſtupuerunt.* Ierem. c. 31. n. 29.

Proximum quidem nunc foret, & loco, & tempore, & narrandi ordine; plurium qui ſimul cum Lu-

thero consurrexerunt hereticorum proteruiam examinare: dum ab ipso in medium proiecto discordiæ pomo, quamplurimos vndique, è claustris ex angulis, in stadium cum eodem procurrisse; illorum temporum memoriæ copiosissime narrent: succintius verò hoc edicto idē expresserit Lutherus: *Res miranda est, quod vnum vix diabolo os obturo, cum ipse decem alia aperit*. Sed, quēadmodum inter apū examina, quædam spicula figere tentantes, amisso aculeo torpent; vel quolibet excitato fumo fugantur. Ita Carlostadium, Zuuinglium, Oecolampadiū, Bucerum, Muncerum, & cæteros infausti nominis nouatores, fumo non fama Lutherani ac Caluiniani nominis fugatos, vel potius inuolutos; suauissimo quodam Prudentij carmine, omnes vnà complecti potius, quàm fastidiosa expeditæ huius peregrinationis nostræ Sanctæ narratione, nominatim adducere

Lib contra Anabaptist.

Sleidan. l. 3. & 5.

cere contenti erimus. Sic itaque hymno aduersus infideles verissime cecinit.

Est vera secta? te magister consulo
Rectam ne seruamus fidem?
An viperina non cauemus dogmata,
Et nescienter labimur?
Arctam salutis vix viã discernere est
Inter reflexas semitas.
Tam multa surgũt perfidorũ compita,
Tortis polita erroribus.
Obliqua quæ se conferunt diuortia,
Hinc inde textis orbitis.
Quas si quis errans, ac vagus sectabitur,
Rectum relinquens tramitem;
Scrobis latentes pronus in foueã ruet,
Quam fodit hostilis manus.
Quid nõ libido mẽtis humanæ struat?
Quid non malorum pruriat?
Statum lacessunt omnipollentis Dei,
Calumniosis litibus.
Fidem minutis dissecant ambagibus,
Vt quisque lingua nequior.
Soluunt ligantque quæstionũ vincula,
Per syllogismos plectiles.

Væ captiosis Sycophantarum strophis,
Væ versipelli astutiæ.
Nodos tenaces recta rumpit regula,
Infesta dissertantibus, &c.

CAPVT XIII.

AD eum modo accedimus superioris sæculi hæresiarcham, qui malignitate Luthero par, calliditate ingenij superior; eius cuneũ suo extrudens, maiorem non solum Ecclesiæ, sed & fidei Christianæ ac Catholicæ fecisse fissurã, immò circumdatam iuxta Regium Prophetã Ecclesiam varietate, iuxta assumptũ sibi Caluini nomen, Caluam aliam prorsus præstitisse, tempora nostra quam acerbissimè deplorant: Fuit is, Ioannes quidam Caluinus, alter Galliarum Lutherus; in qua sicut hic Germanorum simplicitatem in antiquæ fidei constantia tepescentem; sic iste Gallorum Christianissimam pietatem, nimis facilem in-

noua

noua doctrina ſua admittēda, proh dolor, inuenit. Cuius vtique doctrinæ, ſi fundamenta reſpexeris; eodem prorſus quo Lutheri ſpiritu contra veritatem Eccleſiæ Catholicæ ſtrata; acutiori authoris ingenio perpolita; noſtro demum ſæculo, hominum ſæculari eruditione famam ſectantium libertate, vſque ad variarum opinionum, etiam non chriſtianarum complexum, dilatata; neſcio quis integrè introſpiciēs, ſummopere non admirabitur, conſtantiſſimè non deteſtabitur? Olim philoſophos, Patriarchas nominauit Tertullianus, eorum qui primi Eccleſiam turbarunt: nunc Grammaticos, Ludimagiſtros, Criticoſophiſtas, Eccleſiæ ac fidei Catholicæ cenſores agere, libertatiſque credendi licentiam tueri; id æquo minus animo ferre Chriſtianum quemlibet, rectiuſque ad literaturæ & antiquitatum ſuarum ferruginem limandā remitti eos; quàm ad ſpiri-

tus

tus ac veritatis Catholicæ mysteria ventilanda admitti debere; sanus quisque ac Deum timens, rationi congruentius iudicabit. Vnde non immeritò Christianos omnes, in Colossensibus suis fideliter columnam fidei gentiumque Doctorē admonuisse, tam veteres quàm nostri sæculi sapientes aduerterunt. *Videte ne quis vos seducat per Philosophiam, & inanem fallaciam.* Quia vt sapienter aureæ fidei, ac ferreæ Constantiæ, Sanctus Vincentius Ferrerius exposuit: *Qui dubitat in fide, similis est fluctui maris, qui à vento circumfertur, Iacobi primo: quia rationibus & argumentis hinc inde agitatur, & nihil à Deo obtinere potest:* & paulo infra: *Mulier in Apocalypsi repræsentata, quælibet fidelis est anima, quæ per veram fidem induit Solem Christum, & Lunam Philosophiæ habet sub pedibus; quia qui secundum principia & regulas philosophiæ se vellet gubernare, in his quæ fidei sunt, cade-*

Epist. ad Colossen. cap. 2. n. 8.

Dom. 5. post Pascha.

caderet. Dicit enim philosophia, quod multiplicatis suppositis multiplicantur & essentiæ; sub pedibus ponatur, quia non tenet in Creatore, qui trinus est in suppositis, & vnus in essentia. Item, quod finiti ad infinitum nulla est proportio; fallit in Christo, Deo, & homine. Item quod impossibile est Deū mori; sed fallit in Christi morte; Deus enim erat, qui ibi mortuus est; licet non in quantum Deus, sicque de multis alijs, hucusque Beatus Vincentius: nec nos plurimis exemplis, irrefragabilem veritatem ampliare insudabimus, paucissimis hisce aliorum vestigijs deterriti. Sic enim inter Philosophos veteres, Thales caput attollens, oculosque in Cælum defigens, astrorum motum nimia curiositate rimando, in foueam, quā ante pedes non animaduerterat, precipitē se dedit Empedocles flāmis Vesuuij, Aristoteles Euripi vndis, scientiæ suæ perspicacitatem miserrime indiderunt. Inter Christia-

næ fidei lumina, Tertullianus & Origenes gratiæ lumen deserentes, abscondita Cæli penetrare volentes, cęcitate percussi fuerunt; ideoque rectissimè de omnibus hisce similibus, fidei regulam antiquam contemnentibus, priuatæque opinioni nimium concedentibus, intelligi posse Patronum meum illuminatissimum concludo. Primum, *Quod euanuerunt in cogitationibus suis*; dein, *Conuersi sunt in vaniloquium*; denique, *propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ*, quæ singula, gradatim, breuiter tamen in Caluiniani exempli enarratione ex varijs scriptorum memorijs declarabimus.

D.Paulus ep. ad Rom. c.1. n.21. Epist. 1. ad Thimot. c.1. n.17. Supra ep. ad Rom.

Erat iampridem turbata Catholicæ Ecclesiæ pax, crudelissimis Hussitarum per Bohęmiam & Vngariã seditionibus: Commotus in Germania eiusdem Ecclesiæ angularis lapis, variorum Lutheri discipulorum insultibus; impetitæ ibidem

Ana-

Anabaptiſtarũ furore eiuſdem Eccleſiæ fores; vbique noui prophetæ, noui Apoſtoli, hic & ibi Chriſtũ ex Euangelio digito monſtrantes, per Europæ ciuitates ac prouincias diſcurrebant: dum iniquior adhuc cæteris Caluinus, Galliæ viſceribus tamquam vipera foueretur, cæterorumque omniũ venena hauriens, fortius aliud, quod poſtea euomuit, conciperet. Quemadmodum enim natura hominẽ iſtum ingenio perſpicacem, malignum, reconditum; ars & diſciplina moribus grauem, auſterum, ſtudioſiſſimumque efformauerant: Sic relictis forenſis iuris tribulis, quibus primam iuuentutem inuoluerat; hæreſis venenum, quod ad Theologiæ ſtudium conuerſus, primùm Magiſtro Melchiore quodam Volmaro Biturici hauſerat; poſt modum, & abundantius, & vehementius in incautos, & nouitatum cupidos latè effudit. Sufficit diſcipulum inſignem, magiſtri ſui,

Bolſecus. Vaquerius Sanctes. Heſhuſius. Veſtfalus. Schluſemburg.

ſui, & Apollinis oraculo approbatum Angoleſmij aliquot annis tirocinia deponentem indicaſſe dum cætera, quæ à varijs narrantur ſcriptoribus, honeſto ſilentio inuoluimus ſic itaque Volmarus, *De Caluino non tam metuo ingenij* την στρεβλοτην *quàm bona ſpero, id enim vitij aptum eſt rebus noſtris, vt in magnũ aſſertorem noſtrorum dogmatum euadat; non enim facilè capi poterit, quin maioribus tricis aduerſarios inuoluat.* Hinc mæcenatis cuiuſdam ſui curioſitate, in Germaniam ductus, omnium iſtius temporis nouatorum ſodalitio frui, interque alios eruditiſſimi etiam illius Eraſmi hoc de ſe iudicium pronoſticum referre meruit; *Video magnam peſtem oriri in Eccleſia contra Eccleſiam*; ſicut ipſe breui in Galliam redux, Pictaui cathedram peſtilentiæ inſtituens, poſtea vero ad Lemanum lacum Geneuæ fundans, dictum vaticinium integerrimè impleuit.

In epiſt. quadam ad Miniſtrũ Pictauienſẽ Chriſtianum.

Victor Caier aux diſcours des aſtuces de Caluin.

Cer-

Certiſſimum eſt tam inter Catholicæ religionis, quàm aliarum ſectarum profeſſores, Myſteriorũ Chriſtianæ fidei ſicut maximum & venerabiliſſimum, ita profundiſſimum atque admirabiliſſimũ potius quàm humanæ ſapientiæ hebetudine penetrabile myſterium, tremendo ſimul atque gratioſiſſimo Euchariſtię ſacramento contineri: *In quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis eius, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.* Vnde ſi aliquando magnum quendam Turcarum Imperatorem Amurath, tanquam intellectui commodatiorem, Sacramentariorum opinionẽ, de hoc myſterio approbaſſe, atteſtante Petro Martyre apud Schluſemburg gloriantur hæretici: non magis admirationi erit Catholicis, maximum huius myſterij ſacratiſſimi Impugnatorem Caluinum, ignorantiæ confeſſione, hunc primum offenſionis lapidem, ad quem caput colli-

Cõrad. Schluſemburg præfat. lib. cõtra Sacramentarios.

collideret, atque confringeret, inueniſſe. Cum enim aliquando, in doctrinæ ſuæ Thalmud erroriſque ſui primo fœtu, ſic veriſſimè confeſſus fuiſſet: *Si quiſquam me interrogauerit, quomodo hoc fiet, non verebor confiteri, ſecretum nimis altum eſſe vt comprehendatur ab intellectu meo, & verbis explicetur: & vt breuiter dicam, quod res eſt; plus experientia de hoc ſcio, quàm poßum intelligere tamē ſine longiori diſputatione, acquieſco promiſſioni ipſius Chriſti.* Poſtmodum autem quoties ijſdem illis inſtitutis, quàm plurimis etiam hinc inde ſermonibus, varijs cum Germaniæ ſacramentarijs collationibus, hanc præfatam humilitatis Chriſtianæ ac certiſſimæ ignorantiæ confeſſionem, nimium ventilando retractaſſe eum repperimus; toties & fidem pernegaſſe, & temerario diſcurſu euanuiſſe in cogitationibus ſuis, haud temere concludimus. Caluinum denique mox ſecuti

Lib. Inſtit. 4. cap 17. & 32.

cuti

cuti alij, non minus acuti ingenio, quàm ſimili genio edocti, quo tandem circulo, incomprehenſibilem illam amoris arrham, ac fidei Chriſtianæ teſſeram, tot ſæculis in Eccleſiæ Catholicæ ſinu conſeruatam, comprehendere voluerint; non magis certum reliquerunt; quàm falſiſſimè ſemper inter Chriſtianos authoritatis erit, quicquid alijs, quã vnica fidei regula, Lesbijs quibuſcunque priuatorum hominum regulis, in Catholica doctrina intellexerimus menſurari. Inſuper cum tanto conatu tantaque fraude, Auguſtiſſimi iſtius Sacramenti ac nouæ legis Sacrificij maieſtatem, à plurimis nouiſſimi ſæculi huius hæreticis impetitam cernimus; quid aliud iudicare Chriſtianis quibuſcunque licebit, quàm quòd hoc fidei compendio, capite & fundamẽto, Sathanæ fraudulentis perſuaſionibus deſtructo; omnium errorum licentiæ, omniſque contra Deum

ac cælites eius irreuerentiæ locum parare; Vnionis Catholicæ ac Veritatis Christianæ hostes acerrimi, impiissimè præsumpserint. Etenim, dum Caluini fidelem quandã manducationem, apud mensam ac cœnam (vt vocant) Dominicam, in Cælo Christum apprehendentem; totque ab ipso vocabulis, Irradiationis, traiectionis, defluctionis, distillationis, inspirationis carnis Christi explicatam, vel potius confusam, respicimus; nõ solum in terris, omnem cultum ac reuerentiam Christo in hoc sacramento debitam tolli; verum etiam eiusdem omnipotentiæ, beneplaciti, ac amoris singularis infallibilem fidem destrui ac irritari, cognoscimus. Quis nãque fidelis suæ apprehẽsionis Christi in Cælis, quàm Christi in terris præsentiæ, iuxta simplicẽ eius promissionem, ac fidem traditam, securior erit? Quis ad præsentiam tantæ maiestatis, ad tanti amoris

Vide tractatum de Cœna editum anno 1561.

gra-

gratitudinem, non animam deuotissimè præparet; non corpus humillimè prosternet: vt quem diuinitatis gloria incompræhensibilē, cælestia, terrestria atque infera adorant, eum inaudita amoris adinuentione communicabilem, corde & ore recipiat, sibique quàm arctissimè coniungat?

Si porrò ad Lutheranorum tam præsentiæ Christi in eodem tremendo mysterio confessionē, quàm cultus cuiusdam externi demōstrationem, iudicij aciem dirigimus; eosdem aut dubios, adhuc antiquæ ac traditæ in Ecclesia veritatis stimulum aliquem retinere, aut recētioris istius impietatis societatem, non satis securè amplecti posse manifestius arguimus. Dignum mihi notatu visum est, Lutherum, sanctissimum Missæ sacrificium, libro quodam edito, abolere præsumpsisse; paulo autem postea suorum confessionem, Augustæ Vindelicorum

Imperatori Carolo oblatam, quæ Missam approbat atque agnoscit, hisce authoritatibus firmasse. *Legi Apologiam Melanchtonis* (sic confessionem vocat) *cui nihil vel addere, vel adimere possum* &c. Item, *dānamus secus docentes*: quibus, in tanto fidei articulo, quem alias mysterium iniquitatis blasphemè nuncupare non perhorruit, aut fide dubius, aut verbis sibi contrarius, temeritatis seipsum accusasse, posterisque suis sacrilegij quandam portam aperuisse, ex his quæ quotidie innouantur apud eos, admirari quā profundissimè cunctis in promptu erit. Nec magis caligasse linceos Caluini oculos, ad clarissimi huius noui testamenti sacrificij obtutum obstupescebam, cum exclamantem aliquando legissem: [Domine si in judicij die me argues, quod Missam non audierim, & quòd eam dereliquerim, cum ratione dicam, Domine hoc mihi non præcepisti: ecce

Epist. ad Elector. Saxonię

ce legem tuam, ecce Scripturam quam mihi dedisti regulam, in qua aliud sacrificium quàm quod in ara Crucis immolatum fuit, non inuenio.] quasi vero vel alterius in sacratissima missa, quàm sacrificij istius cruenti semel oblati iugem memoriam, Ecclesia Catholica tot sæculis deuotissimè ac incruenter celebrauerit: aut præcepti illius, *Quotiescunque enim mãducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annunciabitis, donec veniat* ordinatio; securius integriusque priuatorum aliquot iudicio, quàm Apostolorum successorumque eorum, totius denique Ecclesiæ, antiquitate continuata firmataque authoritate, iuxta Christi Domini mẽtem, reique ipsius dignitatem constitui, aut conseruari potuisset. Nõ intẽdo copiosissimis Catholicæ Ecclesiæ armis, in hoc tam angusto succintæ narrationis circo, pro Augustissimo diuini honoris, Christia-

Ep.1. ad Corinth.cap.11. n.26.

Vide D. August. ep. ad Ianuarium.

næque religionis ſacro decertare; dum digito tantum monſtraſſe ſatis ſit, Caluinum, quamuis ſe pro authore expoſitionis legitimæ diuini ſacramenti iactauerit, plurimos tamen alios, vt VVicleffum, Zuinglium, Bucerum, Oecolampadium, à quibus ſpiritum hauſit, habuiſſe erroris ſui præceſſores: impietatis vero contra Sacrificij Euchariſtici cultum & honorẽ, æqualem prorſus neminem; ideòque à me, Apoſtolica cenſura rectius modeſtiuſque notari, *Quod euanuerit in cogitationibus ſuis*.

CAPVT XIV.

Psal. 143.

Vide Ioann. Caluini nouam effigiem &c. Authore Nicolao Romæo Brugẽſi

HInc porro vlterius ad vaniloquium conuerſum, iuxta Dauidicum illud, *Quorum os locutum eſt vanitatem, & dextera eorum, dextera iniquitatis*, Ea quæ contra Deũ & Eccleſiam, vaniſſimus homo ſcribendo docendoque effutijt, certius pro-

probabunt. Postquam enim spiritus erroris, hæreticorum mentes semel inuasit, contingere plerumque, quòd Sapiens prudentissimè aduertit: *Homo Apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat*; præter plurima in Ecclesiasticis monumentis exempla ipsius diuini eloquij graficæ descriptiones, certissimam nobis fidem faciunt. Etenim de pessimæ huius farinæ hominibus, Apostolorum principẽ grauissimi ponderis sententiam protulisse inuenimus: *Nouit* (inquiens) *Dominus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicij reseruare cruciandos: magis autem*, nota, *eos qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuunt introducere blasphemantes:* quos etiã regius olim Prophe-

Prouerb.c.6.

2.Petri.2.v.9.

ta varijs hiſce epitetis adumbraſſe intelligitur iuxta variorum Patrum
Pſal. 13. expoſitiones, *Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt.*
Pſal. 16. *Adipem ſuum concluſerunt, os eorum locutum*
Pſal. 49. *eſt ſuperbiam. Os tuum abundauit malitia, & lingua tua cōcinnabat do-*
Pſal. 58. *los.* Item. *Ecce loquentur in ore ſuo: & gladius in labijs eorum.* Inter Apoſtolos denique Iudas quoque de-
Ep. ſuæ v. 8. ſcripſit: *Dominationē ſpernunt, Maieſtatem autem blaſphemant.* Adeo vt mirari non liceat, Caluinum diuino in terris cultui iniquiſſimum, *Aperuiſſe os ſuum in blaſphemias ad*
Apocalyp. 13 v. 6. *Deum, blaſphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in Cælo habitant.* Quid enim magis aut timorem, aut amorem diuinæ maieſtatis excutere hominibus, aut ſua natura Deum omnipotentem, quæ ipſa bonitas, ac bonitatis fons eſt, exuere validius poteſt; quàm eum omnium malarum noſtrarum actionum, omnis peccati ac iniquitatis

mo-

motorem at authorem conſtituere: ſic, vt mortales mera tantum inſtrumenta, principalem cauſam malorum Deum, Caluinus faciat. Horret quidem animus cogitationes haſce ſecum reuoluere, quemadmodum nec minus pudet diſcipulos eius, blaſphemam hanc magiſtri ſui opinionem agnoſcere: quamquam in diuerſis locis, impijſſimas eius ſententias legenti, multorum etiam non Catholicorum cenſuræ, hanc eius certò doctrinã fuiſſe credenti, immeritò falſi aut calumniæ actio intentari queat.

Videant quæſo præ cæteris, Inſtitutionum eius librum tertium, vbi Adami peccatum Dei decreto factum eſſe, his verbis aſſeruit: [Diſertis verbis, hoc conſtare negant, decretum fuiſſe à Deo, vt ſua defectione periret Adam &c. Decretũ quidem horribile fateor: inficiari autem nemo poterit, quin præſciuerit Deus, quem exitum habiturus Cap. 23. §. 7. impreſſ. apud Rebul. anno 1561.

eſſet

esset homo,& ideò præsciuerit, (nota), quia decreto suo sic ordinauerit.] *Dein* posterorum ruinã non solum permisisse,sed voluntate Dei contigisse. [An non itaque iniustus Deus, qui creaturis suis tàm crudeliter illudit : Lapsus est enim primus homo, quia Dominus ita expedire censuerat. Fateor sane in hanc, qua nunc illigati sunt, conditionis miseriam, Dei voluntate decidisse vniuersos filios Adam: atque idest,quod principio dicebam, redeundum tandem semper esse ad solum diuinæ voluntatis arbitriũ.] *Tertio*, tam Adami, quàm posterorum ruinam, ab æterno esse à Deo volitam, & prædestinatam. [Quod si palam est, Dei nutu fieri, vt alijs vltrò offeratur salus,alij ab eius aditu arceantur &c.] paragrafis sequentibus. Item cap. superiori 23. § 5 6. & 8. quẽ concludit his verbis : [Sed cur permittere dicemus, nisi quia ita vult.] *Quarto*, æterni huius

Ibid. § 4. & 8.

Ibid. cap. 21. § 1.

huius decreti non esse alium finem Deo propositum, quàm vt misericordiam suam condonando, iustitiã puniẽdo demonstret. [Quos, Deus, in vitæ contumeliam & mortis exitium creauit, vt iræ suæ organa forent, & seueritatis exempla, eos vt in finem suum perueniant, nunc audiendi verbi sui facultate priuat, nunc eius prædicatione magis excæcat, & obstupefacit.] & §. 14. Ibid. cap. 23. §. 12.
Quinto, omnia peccata actualia, quę ab hominibus fiunt, æterno Dei cõsilio decreta, & prædestinata esse. [Quod nihil efficiant homines nisi arcano Dei nutu; nec quicquam deliberando agitent, nisi quod ipse iam apud se decreuerit, & arcana sua directione constituit, innumeris & claris testimonijs probatur. Lib. 1. cap. 18. §. 1. Libro contra Pighiũ: Decreto Dei constitutum est, hominem per peccatum labi debere; & nihil contigit ei, quod Deus non decreuerit.] *Sexto* omnia peccata actualia, dum in

in tempore fiunt, non fieri tantum Deo permittente, sed volente, adeòque Deum eorum esse authorem. Ibidem. [Tergiuersando itaque effugium quærunt, Dei tantum permissu, non etiam voluntate hoc fieri, ipse vero palam se facere pronuncians, effugium illud repudiat, & §. 3. Et iam satis apertè ostendi, Deum vocari eorum authorem, quæ isti Censores volunt otioso tantum eius permissu contingere. Friuolum est illud effugiũ, quòd de præscientia Scholastici habent: neque enim præuideri impiorum ruinam à Domino Paulus tradit, sed eius voluntate & consilio ordinari: Non modo præcognita fuit impiorum perditio, sed impij fuerunt destinato creati, (nota) vt perderentur.] *Septimò*. Deũ mandare Sathanæ, eumque impellere, vt homines ad peccata inducat. Libro primo Institut. [Quicquid agitent homines, vel Sathan ipse, Deus tamen clauum tenet, vt ad

In Commentar. in cap. 9. Epist. ad Romanos.

Cap. 18. §. 1.

ad exequenda ſua iudicia conuertat eorum conatus. Vult Deus perfidum Regem Achab decipi; operam ſuam offert diabolus mittitur cum certo mandato, vt ſit ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum. Si Dei iudicium eſt, excæcatio & amentia Achab, nudæ permiſſionis figmentum euaneſcit &c. paragrafis ſequentibus. At lib. 2. cap.4. §. 5. Spiritus impurus, Dei ſpiritus vocatur, quia ad eius nutum potentiamque reſpondet. Inſtrumentum magis ipſius (horrendum) in agendo, quàm à ſeipſo author.] *Octauo*. Præterea, Deum ipſum per ſe, occulta quadã vi incitare & neceſſitare homines ad peccata. Lib.1. Inſtit. cap.18. §.2. [Loquens de peccatis Aſſyriorum: vnde apparet, certa deſtinatione Dei fuiſſe impulſos. §. 4. Homo iuſto Dei impulſu agit, quod non licet. Lib.3.cap.23. §.9. Excuſabiles peccando haberi volunt reprobi, quia

eua-

euadere nequeunt peccandi necessitatem; præsertim cum ex Dei ordinatione sibi inijciatur huiusmodi necessitas &c.] *Nono*. Deum præterea vna nobiscum peccata nostra operari, sicut principale agens cum instrumentis. Lib.1. Instit. cap. 18. §.1. [Absalon incæsto coitu patris torum polluens, detestabile scelus perpetrat; Deus tamen hoc opus suum esse pronuntiat: Tu fecisti occultè, ego palam. Lib.2. cap.4. §.2. omitto hic, vniuersalem Dei motionem, vnde creaturæ omnes vt sustinentur ita efficaciam quiduis agendi ducunt. De illa speciali tãtum actione loquor, quæ in vnoquoque facinore apparet] *Decimo*. Denique post admissa peccata reprobos ita à Deo excæcari & obdurari, vt conuerti non queant, aut dolere de peccatis. Lib.1. cap.18. §.2. [Nihil clarius potest desiderari, quàm vbi toties pronunciat se excæcare hominum mentes, ac vertigi-

tigi-

tigine percutere, ſpiritu ſoporis inebriare, incutere amentiam, obdurare corda: hæc etiam ad permiſſionem multi reijciunt &c. Sed cum diſertè exprimat Spiritus, iuſto Dei iudicio infligi cæcitatem & amentiam, nimis friuola eſt illa ſolutio.] Quibus omnibus blaſphemijs quid clarius impiam mentem, ac opinionem Caluini fuiſſe probare poteſt, niſi adhuc teſtes adducãtur Caluiniani, Zuingliani, Bernẽſes Miniſtri & Geneuenſes.

Ex primis Arminius odioſiſſimis cum Gomaro prælijs, & ex ſecta quam reliquit, tota Hollandia notus, ſcribit Caluini doctrinam de Deo authore peccati, & prædeſtinatione, multis nominibus ſibi non probari; adfertque cauſas omnino quindecim, aut plures, quarum pleræque repetuntur denuò in Dedicatoria, quæ prefixa eſt Collationi Arminij cum Iunio. Item Venator, qui ab Arminio contra Gomma-

In declaratione ſententiæ ſuæ ad ordin. Holland.

marum & Iunium fortissime stetit, asseuerans eam esse Caluini de Deo authore peccati doctrinam. Adeoque hisce dimicationibus componendis, pro Gommaro Synodum Dordracenam celebratã fuisse, annales narrant. Ex Zuinglianis Petrus Vermilius Tigurinorum professor, Caluini sententias de Deo authore peccati appellat, *libertinas, execrandas, sacrilegas, abominandas, & plane diabolicas*. Ex Lutheranis Tilmannus Heshusius libello de erroribus Caluini, *De fato, & causa peccati, plane impiè docet (Caluinus) vt ex multis eius libellis probari potest; vtpote qui dicat Deum impiorũ scelera non solum permittere fieri, sed & efficaciter operari &c. Hæc omnino, & Dei voluntatem incertam faciunt, & Deum peccati authorem asserunt. Hic autem error est in Deum horribiliter contumeliosus*. Bernenses Ministri, ad Senatum suũ, de hoc Caluini dogmate retulerunt, & libellos eius

In lib. 2. Reg. cap. 6.

Feuardent. l. 2. Theomachiæ Caluinist. c. 12.

eius

eius in id argumentum cōſcriptos, lictoris manu exuri iuſſerunt anno 1554. Geneuæ, Caſtalio & Seruetus, naſcenti huic paradoxo ſe obiecerunt, eaſque ob res, cum ibi plus valeret viribus Caluinus, eorum alter ſolum vertit, alter flammis viuus addictus eſt, etſi hęreſis Arrianæ prætextu. Sed quid mirum ſi in Deum hanc malorum culpam fortius reijciat, cum actionum noſtrarum regulam, legem videlicet, ſimpliciter in ſe impoſſibilem eſſe affirmaret, inquiens: [Itaque ſi legē dumtaxat intuemur, nihil aliud poſſumus, quàm animum deſpondere, confundi ac deſperare. Item: non texam hic longas ambages, de varijs poſſibilitatis generibus: Impoſſibile appello, quod nec fuit vmquam, & ne in poſterum ſit, Dei ordinatione ac decreto impeditur; & quæ ſequuntur.] Tandem vt arctius impiæ huius doctrinæ faſciculum colligaret, Liberum arbitrium

Lib. Inſtit. 2. c. 7. §. 4.

Ibid. §. 5.

hominibus adimendo, Deo iniquitatum operationem causalem manifestius adscripsit. Institut. enim prædictarum, lib. 3. cap. 23. §. 8. [Non dubitabo, inquit, simpliciter fateri, voluntatem Dei esse rerum necessitatem; atque id necessariò esse futurum, quod ille voluerit, quemadmodum ea verè futura sũt, quæ prꝍuiderit. Item lib. contra Pighium: Decreto Dei constitutũ est, hominem per peccatum labi debere, & nihil contingit ei, quòd Deus non decreuerit; nihil ergo liberum est homini.] Et vt breuis sim, Instit. earumdem lib. 1. cap. 16. deprauans verba Hieremiæ cap. 10. n. 23. Scio Domine, quia non est hominis viâ eius &c. & eadem exponens; tum lib. 2. cap. 2. cuius titulus est: Hominem arbitrij libertate nunc esse spoliatum, & miseræ seruituti addictum, prolixius hæc omnia docere, inspicienti obuium erit deprehendere.

Su-

Supereſt paſſiones ignominiæ, quibus blaſphemum cum diſcipulis ſuis tradidit Deus, breui enarratione expedire; non calumniandi animo, quem natura,& profeſſione deteſtor; ſed vt quam verè ſibi illud omnipotentis dictum, omni tẽpore conſtet,intelligatur: *Quicumque glorificauerit me, glorificabo eum, qui autem cõtemnunt me, erunt ignobiles*: & quod alij ſtudio partium, ad mutuam confuſionem infenſius protulerunt; ego ad demonſtrationem erroris, errantiumque reſipiſcentiam,ſine odio referam tantum & enarrem. Non libet ſingula epitheta, ac titulos, quibus ſe inuicem noui Euangelici compellant,ex varijs libris huc velut in matriculam referre; faſtidioſum enim legenti, & Chriſtianæ charitati aduerſum, maledictis quantumuis veracibus, proximum proſcindi intelligere: cũ hoc non quæratur in vera Chriſti ſocietate, an malus fueris, aut 1.Reg.2. nu. 20.

habearis, ſed vt eſſe deſinas; & culpæ agnitione crimen ac maculam deleas. Quid enim dixeris ſi Apoſtolum, Prophetam, Euangeliſtamque, (vt ſeipſum ſæpe vocat Lutherus) de fratribus ſuis Caluiniſtis, ſingulare hoc teſtimonium perhibentem audieris: [Caluiniſtæ ſunt fanatici, progenies viperina, animicidæ, impij, blaſphemi, deceptores, ſanguinarij, infernales moloſſi, Germanici Turcæ, è Sathana miſſi, & obſeſſi, Mahumetani baptizati, perdiabolati, tranſdiabolati, ſuperdiabolati.] Quid ſi vices reddere Caluinum his verbis intellexeris: [Lutherani homines ſunt vertiginoſi, Cyclopes, ſuperba factio gigantum, phrenetici, beſtiæ prodigioſè cæci, deſperatè impudentes, falſarij, & improbi calumniatores, proterui, plus ſatis bardi, faſtuoſi, &c. Bruti homines, qui quid valeat, quorſum ſpectet cęna, numquam guſtarunt, &c. in nos fulminando,

Apud Gretſerum lib. 1. cōtra Goldaſtū cap. 12.

Admonit. 3. ad Ioachim. Veſphal.

om-

omnes Papæ ſcribas, & Datarios ſuperant, atque ita debacchando, optimam Euangelij cauſam ſe obruere poſſe ſperant.] Credideris ne quæſo, aut Spiritum Chriſti, hoc eſt charitatis & Vnionis, aut veritatis conſenſum in cordibus, aut animis adeò diſſonantibus habitare poſſe, aut ſperari? Eum videlicet, quem Lutherus in colloquijs menſalibus faſſus eſt, qui inter Chriſtum, & Iudam interceſſit. Sed vt eundem lector, quem ego multorum librorum lectione lydium lapidem adhibere valeat, ad noſcendũ, vtriuſque partis diſſidia, non de rebus aut verbis parui momenti, (vt ipſi interdum ſeinuicem excuſare ſolent) ſed de omnibus propè Chriſtianæ fidei articulis agitari: Introſpiciat Conradum Schluſſelburgiũ, tribus Caluiniſticæ Theologiæ libris, vltra 200. errores eorumdem proſequentem. Deinde quò laruatam Proteſtantium, Euangelico-

rum ſectarum titulis dehoneſtatur, atque proſcribitur; dum nihil certius ex tanta doctrinæ rerumque omnium confuſione ſperari poſſe prudentiores præſumant, quàm quod omnibus humanæ mentis viribus, vel potius delirijs pertentatis, aut hoc ſibi tantum credendum populi iſti eligant, quod cuiuſque intellectus naturalis imbecillitas probabilius, atque pro temporum ratione conuenientius duxerit; aut quod cuiuſcumque dominantis authoritas, ſicut viuendi, ita & credendi libertatē venalem inueniens, Magiſtratibus politicis, nouendialis fidei indicendæ, ius faſquè vendicabit. En ſolutum Saluatoris noſtri dubium, adimpletamque vaticinij veritatem. *Verumtamen filius hominis veniens, putas inueniet fidē in terra*. Dum enim tot à fide Catholica, ac Eccleſiæ vnione defectiones, per ſingulas ætates hiſtoriæ paſſim commemorant; noſtræ pro-

Lucæ cap. 19. n. 8.

Vide Elenchum Hæreticorum omnium, Gabrielis Prateoli: & Alphonsū à Caſtro.

profectò ætatis confusam anarchiã & infidelitatem, inter hæreticos decimi sexti sæculi regnantem, quis proprijs titulis, aut certa enarratione describere valeat, non adeò affirmare audeo: quàm quòd omnium antiquarum hæresum errores, nouissimarum opinionum temeritate atque irrationabilitate vincantur, verissimumque illud dictum cognoscatur; *Cum fides temporum sit potius quàm Euangeliorum & dum plures fiunt, ad id cœperunt esse ne vlla sit.* Denique si cum Euangelica illa tuba, ac veritatis Prędicatore Paulo denunciare liceat: *Et nunc reuelabitur ille iniquus; quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui, eum, cuius est aduentus secundũ operationem Sathanæ, in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis, ijs qui pereunt (nota) eò quod charitatem Veritatis non receperunt, vt salui fie-*

Item Iacobi Gualterij tabulam Chronograficam.

Hilar. in lib. ad Constant. August.

Epistol. 2. ad Thessal. c. 2. n. 8. & sequẽt.

euadere nequeunt peccandi necesſitatem; præſertim cum ex Dei ordinatione ſibi inijciatur huiuſmodi neceſſitas &c.] *Nono*. Deum præterea vna nobiſcum peccata noſtra operari, ſicut principale agens cum inſtrumentis. Lib. 1. Inſtit. cap. 18. §. 1. [Abſalon incæſto coitu patris torum polluens, deteſtabile ſcelus perpetrat; Deus tamen hoc opus ſuum eſſe pronuntiat: Tu feciſti occultè, ego palam. Lib. 2. cap. 4. §. 2. omitto hic, vniuerſalem Dei motionem, vnde creaturæ omnes vt ſuſtinentur ita efficaciam quiduis agendi ducunt. De illa ſpeciali tãtum actione loquor, quæ in vnoquoque facinore apparet.] *Decimo*. Denique poſt admiſſa peccata reprobos ita à Deo excæcari & obdurari, vt conuerti non queant, aut dolere de peccatis. Lib. 1. cap. 18. §. 2. [Nihil clarius poteſt deſiderari, quàm vbi toties pronunciat ſe excæcare hominum mentes, ac vertigi-

tigine percutere, ſpiritu ſoporis inebriare, incutere amentiam, obdurare corda: hæc etiam ad permiſſionem multi reijciunt &c. Sed cum diſertè exprimat Spiritus, iuſto Dei iudicio infligi cæcitatem & amentiam, nimis friuola eſt illa ſolutio.] Quibus omnibus blaſphemijs quid clarius impiam mentem, ac opinionem Caluini fuiſſe probare poteſt, niſi adhuc teſtes adducãtur Caluiniani, Zuingliani, Bernẽſes Miniſtri & Geneuenſes.

Ex primis Arminius odioſiſſimis cum Gomaro prælijs, & ex ſecta quam reliquit, tota Hollandia notus, ſcribit Caluini doctrinam de Deo authore peccati, & prædeſtinatione, multis nominibus ſibi non probari; adfertque cauſas omnino quindecim, aut plures, quarum pleræque repetuntur denuò in Dedicatoria, quæ prefixa eſt Collationi Arminij cum Iunio. Item Venator, qui ab Arminio contra Gom- *In declaratione ſententiæ ſuæ ad ordin. Holland.*

ma-

marum & Iunium fortissime stetit, asseuerans eam esse Caluini de Deo authore peccati doctrinam. Adeoque hisce dimicationibus componendis, pro Gommaro Synodum Dordracenam celebratā fuisse, annales narrant. Ex Zuinglianis Petrus Vermilius Tigurinorum professor, Caluini sententias de Deo authore peccati appellat, *libertinas, execrandas, sacrilegas, abominandas, & plane diabolicas*. Ex Lutheranis Tilmannus Heshusius libello de erroribus Caluini, *De fato, & causa peccati, plane impiè docet (Caluinus) vt ex multis eius libellis probari potest; vtpote qui dicat Deum impiorū scelera non solum permittere fieri, sed & efficaciter operari* &c. *Hæc omnino, & Dei voluntatem incertam faciunt, & Deum peccati authorem asserunt. Hic autem error est in Deum horribiliter contumeliosus*. Bernenses Ministri, ad Senatum suū, de hoc Caluini dogmate retulerunt, & libellos

In lib. 2. Reg. cap. 6.

Feuardent. l. 2. Theomachiæ Caluinist. c. 12.

eius

eius in id argumentum cõſcriptos, lictoris manu exuri iuſſerunt anno 1554. Geneuæ, Caſtalio & Seruetus, naſcenti huic paradoxo ſe obiecerunt, eaſque ob res, cum ibi plus valeret viribus Caluinus, eorum alter ſolum vertit, alter flammis viuus addictus eſt, etſi hęreſis Arrianæ prætextu. Sed quid mirum ſi in Deum hanc malorum culpam fortius reijciat, cum actionum noſtrarum regulam, legem videlicet, ſimpliciter in ſe impoſſibilem eſſe affirmaret, inquiens: [Itaque ſi legẽ dumtaxat intuemur, nihil aliud poſſumus, quàm animum deſpondere, confundi ac deſperare. Item: non texam hic longas ambages, de varijs poſſibilitatis generibus: Impoſſibile appello, quod nec fuit vmquam, & ne in poſterum ſit, Dei ordinatione ac decreto impeditur; & quæ ſequuntur.] Tandem vt arctius impiæ huius doctrinæ faſciculum colligaret, Liberum arbitrium

Lib. Inſtit. 2. c. 7. §. 4.

Ibid. §. 5.

hominibus adimendo, Deo iniquitatum operationem causalem manifestius adscripsit. Institut. enim prædictarum, lib. 3. cap. 23. §. 8. [Non dubitabo, inquit, simpliciter fateri, voluntatem Dei esse rerum necessitatem; atque id necessariò esse futurum, quod ille voluerit, quemadmodum ea verè futura sũt, quæ preuiderit. Item lib. contra Pighium: Decreto Dei constitutũ est, hominem per peccatum labi debere, & nihil contingit ei, quòd Deus non decreuerit; nihil ergo liberum est homini.] Et vt breuis sim, Instit. earumdem lib. 1. cap. 16. deprauans verba Hieremiæ cap. 10. n. 23. Scio Domine, quia non est hominis via eius &c. & eadem exponens; tum lib. 2. cap. 2. cuius titulus est: Hominem arbitrij libertate nunc esse spoliatum, & miseræ seruituti addictum, prolixius hæc omnia docere, inspicienti obuium erit deprehendere.

Su-

Supereſt paſſiones ignominiæ, quibus blaſphemum cum diſcipulis ſuis tradidit Deus, breui enarratione expedire; non calumniandi animo, quem natura,& profeſſione deteſtor; ſed vt quam verè ſibi illud omnipotentis dictum, omni tẽpore conſtet, intelligatur: *Quicumque glorificauerit me, glorificabo eum, qui autem cõtemnunt me, erunt ignobiles*: & quod alij ſtudio partium, ad mutuam confuſionem infenſius protulerunt; ego ad demonſtrationem erroris, errantiumque reſipiſcentiam, ſine odio referam tantum & enarrem. Non libet ſingula epitheta, ac titulos, quibus ſe inuicem noui Euangelici compellant, ex varijs libris huc velut in matriculam referre; faſtidioſum enim legenti, & Chriſtianæ charitati aduerſum, maledictis quantumuis veracibus, proximum proſcindi intelligere: cũ hoc non quæratur in vera Chriſti ſocietate, an malus fueris, aut 1.Reg. 2. nu. 30.

habearis, ſed vt eſſe deſinas; & culpæ agnitione crimen ac maculam deleas. Quid enim dixeris ſi Apoſtolum, Prophetam, Euangeliſtamque, (vt ſeipſum ſæpe vocat Lutherus) de fratribus ſuis Caluiniſtis, ſingulare hoc teſtimonium perhibentem audieris: [Caluiniſtæ ſunt fanatici, progenies viperina, animicidæ, impij, blaſphemi, deceptores, ſanguinarij, infernales moloſſi, Germanici Turcæ, è Sathana miſſi, & obſeſſi, Mahumetani baptizati, perdiabolati, tranſdiabolati, ſuperdiabolati.] Quid ſi vices reddere Caluinum his verbis intellexeris: [Lutherani homines ſunt vertiginoſi, Cyclopes, ſuperba factio gigantum, phrenetici, beſtiæ prodigiosè cæci, deſperatè impudentes, falſarij, & improbi calumniatores, proterui, plus ſatis bardi, faſtuoſi, &c. Bruti homines, qui quid valeat, quorſum ſpectet cęna, numquam guſtarunt, &c. in nos fulminando,

Apud Gretſerum lib. 1 cōtra Goldaſtū cap. 12.

Admonit. 3. ad Ioachim. Veſphal.

om-

omnes Papæ ſcribas, & Datarios ſuperant, atque ita debacchando, optimam Euangelij cauſam ſe obruere poſſe ſperant.] Credideris ne quæſo, aut Spiritum Chriſti, hoc eſt charitatis & Vnionis, aut veritatis conſenſum in cordibus, aut animis adeò diſſonantibus habitare poſſe, aut ſperari? Eum videlicet, quem Lutherus in colloquijs menſalibus faſſus eſt, qui inter Chriſtum, & Iudam interceſſit. Sed vt eundem lector, quem ego multorum librorum lectione lydium lapidem adhibere valeat, ad noſcendũ, vtriuſque partis diſſidia, non de rebus aut verbis parui momenti, (vt ipſi interdum ſeinuicem excuſare ſolent) ſed de omnibus propè Chriſtianæ fidei articulis agitari: Introſpiciat Conradum Schluſſelburgiũ, tribus Caluiniſticæ Theologiæ libris, vltra 200. errores eorumdem proſequentem. Deinde quò laruatam Proteſtantium, Euangelico-

rumque fraternitatem, ac harmoniam accuratius examinet, haud futurum illi fastidio reor, caput nonum libri de falsa Germaniæ pace, ab Adamo Contzen Iesuita editi introspicere. Bellum quoque quinti Euãgelij, eruditissimè ab Andrea quodam Iurgeuicio descriptum, manibus adhibere. Pro Caluinistarum autem concordia comprobanda, Petrum quendam Clutsemium de desperata Caluini causa, Iodocũ Coccium de signis Ecclesiæ, atque supranominatum Adamum Contzen in Iubilo Iubilorum, curiosius euoluere; non inutilẽ magis quàm iucundum ei suasorem videri me posse, persuadeo.

N. Nicolaus Gallus Lutheranus in thesibus & hypothesibus scripsit: sunt inter nos non de rebus leuibus dissensiones; sed de lege de Euãgelio &c. quę quidẽ coire, simulq; stare non possunt, vt sunt.

Tandem, si plus vltra, humana malignitas, quàm terminos religionis, pietatis, timorisque diuini numinis, natura insiti, transgredi poterit; considera, an ignominiæ, ac confusionis præmiũ rectè maneat eos, qui Deum deseruerunt, ita vt do-

N. Vide testimonium ipsius Caluini in libro de scandalis sub medio.

doctrina sua viam aperiant ad ipsa Atheorum adyta, quemadmodum de Caluinismo testatũ reliquit Godofredus quidam à Valle, libro quẽ conscripsit de arte nihil credendi; ipseque author Lutetiæ anno 1572 publico ignis supplicio affectus fuit. Deinde quàm verum iste asseruerit, doctissimus Caluinistarum debellator Feuardentius, apertè ex Caluinistarum Atheorumque in doctrinæ capitibus consensu, in Teomachia sua; tum Reginaldus in Caluino Turcismo, quemadmodum etiam grauissimus P. Becanus, in Titulis Caluinistarum, quinque paradoxa atheistica recensens, titulo Orthodoxiæ, præclarissimè demõstrarunt. Postremò, temporum nostrorum experientiam compello, qualiter inter Batauos, inter Anglos religionis Christianæ sacrosanctum nomen, opinionum Socinianarum, independentium, libertinorum, aliarumque monstruosa-

rum ſectarum titulis dehoneſtatur, atque proſcribitur; dum nihil certius ex tanta doctrinæ rerumque omnium confuſione ſperari poſſe prudentiores præſumant, quàm quod omnibus humanæ mentis viribus, vel potius delirijs pertentatis, aut hoc ſibi tantum credendum populi iſti eligant, quod cuiuſque intellectus naturalis imbecillitas probabilius, atque pro temporum ratione conuenientius duxerit; aut quod cuiuſcumque dominantis authoritas, ſicut viuendi, ita & credendi libertatẽ venalem inueniens, Magiſtratibus politicis, nouendialis fidei indicendæ, ius faſquè vendicabit. En ſolutum Saluatoris noſtri dubium, adimpletamque vaticinij veritatem. *Verumtamen filius hominis veniens, putas inueniet fidẽ in terra*. Dum enim tot à fide Catholica, ac Eccleſiæ vnione defectiones, per ſingulas ætates hiſtoriæ paſſim commemorant; noſtræ

Lucæ cap.19. n.8.

Vide Elenchum Hæreticorum omnium, Gabrielis Prateoli: & Alphonsũ à Caſtro.

pro-

profectò ætatis confusam anarchiã & infidelitatem, inter hæreticos decimi sexti sæculi regnantem, quis proprijs titulis, aut certa enarratione describere valeat, non adeò affirmare audeo: quàm quòd omnium antiquarum hæresum errores, nouissimarum opinionum temeritate atque irrationabilitate vincantur, verissimumque illud dictum cognoscatur; *Cum fides temporum sit potius quàm Euangeliorum & dum plures fiunt, ad id cœperunt esse ne vlla sit.* Denique si cum Euangelica illa tuba, ac veritatis Prędicatore Paulo denunciare liceat: *Et nunc reuelabitur ille iniquus; quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui, eum, cuius est aduentus secundũ operationem Sathanæ, in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis, ijs qui pereunt (nota) eò quod charitatem Veritatis non receperunt, vt salui fie-*

Item Iacobi Gualterij tabulam Chronograficam.

Hilar. in lib. ad Constant. August.

Epistol. 2. ad Thessal. c. 2. n. 8. & sequẽt.

fierent. Profectò solidiori cum fundamento, certiorique titulo, cum Ecclesiæ Catholicæ ac Romanæ filijs exclamare præsumant: *Nos autem debemus gratias agere Deo semper, pro vobis fratres dilecti à Deo, quod elegerit vos Deus* (nota) *primitias in salutem, in sanctificatione spiritus, & fide veritatis: in quam & vocauit vos, per euangelium nostrum, in acquisitionem gloriæ Domini nostri Iesu Christi. Itaque fratres, state, & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per Epistolam nostram.*

Ibid. n. 13. & sequent.

CAPVT XV.

TAndem vt primæ huius meæ peregrinationis cursum sistẽdo, quieto mentis examine, naturæ, occasionis, cognitionisque meæ motiua, ad religionis Christianæ veritatem examinandam, recogito; non irrationabiliter misericordias Do-

Domini magnificans, cũ Propheta regio decantare audebo: *Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam*. Vt enim ea omnia, quæ naturæ nobis dono dantur, ad authorem eius Deum referre, Christiana nos pietas admonet; ita quò quis fęlicioribus medijs ad Supremi boni cognitionem dirigitur: vel vt D. Gregorius, *Cum augentur dona, rationes etiam crescunt donorum: Tanto ergo esse humilior, atque ad seruiendum Deo promptior quisque debet ex munere, quanto se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione*. Sic, quod parentes mihi genere & honestate noti, indoles erecta, & veræ virtutis cupida, fortunæ, vt vocant, instrumenta ad virtutem quærendam satis commoda, eo quo narraui modo contigerint: Diuinæ bonitatis largitati, qua par est ratione, corde & ore acceptum fero in-

Psal. 138. n. 5. &6.

Homil. 9. in Euangel.

Cantic. 2. v. 12. indesinenter. Quod autem, *flores apparuerunt in terra nostra*, veræ religionis semina demonstrando, Psal. 62. *In terra deserta, & inuia, & inaquosa; sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuã.* Psal. 17. n. 17. & 28. Quod, *Misisti de summo, & accepisti me: & assũpsisti me de aquis multis:* Inter tam magnam dissonamque hæresum colluuiem, *illuminasti lucernam meã Domine, Deus meus illuminasti tenebras meas*, ita vt veritatis Catholicæ lux inextinguibilis, inter tam densas hæreticorum tenebras, clarius mihi illucesceret: hoc gratiæ tuæ singulare opus, hoc vocationis meæ validissimum principium, quomodo, aut quibus officijs retribuam, vix solus inuenio. Psal. 62. Attamen, *quoniam melior est misericordia tua super vitas: ideò labia mea laudabunt te. Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labijs*

exul-

exultationis, laudabit os meum. Te quoque lector benigne ac pie, *Adiuuantes exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipias:* qui enim fecit te ſine te, non te ſaluabit ſine te: vt ſi forte, naſcendi ſorte in nouercam Chriſtianæ religionis ſectam quamcunque incidiſti, eam ad veræ Matris Eccleſiæ agnitionem, quã citiſſimè deſeras; nequaquam dubitans, *habere non poſſe Deum patrẽ, qui Eccleſiam non habet matrem.* Vel ſi fortè hæreſin cum lacte, aut mala conſuetudine imbibiſti, eandem ſecundum intellectus tui talentum, ex ſolius veritatis vnitate, ſimplicitate ac conſtantia; falſitatis vero confuſione, contradictione, atque inconſtantia examinando, diuinæ cooperando gratiæ, validiſſimè expellas. *Quid enim fortius deſiderat anima, quam veritatem?* vt ait falſitatis flagellũ Auguſtinus: aut quid magis auerſari debet, quàm falſitatem, ac mendacium, multiplici momen-

Epiſt. 2. Pauli ad Corinth. c. 6.

D. Cyprianus de Vnit. Eccleſ.

Tractat 26. in Ioan. poſt initium.

mentaneaque varietate inconſtãs: ita vt Eccleſiæ hoſtes, ad inſtar iniquorum Iudicum apud Danielem exemplar, Suſannã, vnus ſub Schino, alius ſub prino corruptam accuſantium, ſibimetipſis teſtes iniquitatis, ac calumniæ, rectiſſimè producantur. Ne autem de ſingulis iſtis hæreticorum contradictionibus Cathalogum contexendo, magis nauſeam mouere, quàm variorum authorũ volumina in compendium redigere velle, videri poſſim; ideò de vna tantum, quæ cæteros cunctos errores inuoluit quæſtione, *tempore ſcilicet defectus Eccleſiæ*, egregium quoddam ſpicilegium, pro coronide ſubnectam.

Cap. 13.

Primo. Lutherus in Comitijs VVormatienſibus anno 1522. publicè aſſeruit, Catholicam Eccleſiã defeciſſe tempore Concilij Conſtãtienſis. *Secundo*. Eius ſectatores in repetitione Confeſſionis Auguſtanæ, annò 1551. aſſeruerunt eam

cor-

corruiſſe ante annos trecentos. *Tertio*. Ipſe Lutherus, in libro contra Papatum, concidiſſe dicit ante annos mille ſexcentos, hoc eſt mox ab ortu Chriſti; vt verum exponeret illud Apocalyp. Sathanam ligandum per annos mille, ne amplius ſeduceret gentes. *Quarto*. Eiuſdem opinio eſt in libro de Captiuitate Babilonica, perſtitiſſe Eccleſiam annos ſexcentos, & circa tempora Gregorij Magni corruiſſe; quam ſecuti ſunt Caluinus l. 4. Inſtit. c. 2. [Eccleſia inquit, quinque primis ſæculis in ſua puritate natiua permanſit:] item l. 1. c. 11. §. 13. Item in Prophetas minores, & in Epiſtola ad Sadoletum. Melanchton in locis communibus primum editis &c. *Quinto*. Opinio Melanchtonis in locis communibus poſterius editis tenet, Eccleſiã poſt trecentos à nato Chriſto annos interijſſe. *Sexto*. Idem Lutherus in libro de ſeruo arbitrio circa me-

medium afferit, fub ipfa tempora Apoftolorum cæcutiffe patres illos Ecclefiæ veteres, Cyprianum, Tertullianum, Origenem, Dionyfium Areopagitam &c quia cum Catholicis fentiunt. Idem ferè Melancthon in Epiftola ad Corinth. c. 1. *Septimo*. Viuentibus Apoftolis labem feciffe Ecclefiam, impudentiffime contendunt; idque de Paulo, quia Titum circumcidit; Petro, cum ritus Iudaicos Antiochiæ obferuauit: hæcq; & alia multa in Apoftolorum principes euomunt, in prima Centuria Magdeburgenfi. Hinc fequentes Conclufiones omni Chriftiano, piè ac follicitè viam Veritatis ac Catholicæ fidei ingredienti, quò tutius ad portum falutis, relictis biuijs, adiuuante Domino peruenire valeat, fuccinctius propono.

Primo. Catholici nomen non effe fidei, & doctrinæ tantum; fed etiam Communionis pro quo, poft alia

alia loca ſuperius adducta, ſufficiat hic Auguſtinus: *Extra Eccleſiam totum habere poteſt præter ſalutem: poteſt habere honorem: poteſt habere ſacramentum, &c Sed nuſquam niſi in Eccleſia Catholica ſalutem poterit inuenire.* Vnde non ſufficit, eandem fidem habere, aut exiſtimare ſe habere quam veteres: Sed præterea quoque neceſſum eſt, eidem corpori Eccleſiæ, cui veteres, communicare, & illi adhærere. Ad hoc primum caput pertinet legitima Miniſtrorum vocatio, & ſucceſſio, quibus Hierarchiæ huius eccleſiaſticæ vnio conſeruatur. *Nam cum de fonte vno riui plurimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitas, vnitate tamen ſeruatur in origine. Quicumque autem à corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia, ita diſſentiunt, vt eorum communio non ſit cum toto quacumque diffunditur, ſed in aliqua parte ſeparata inueniatur; manifeſtum eſt, eos non*

Contra Emerit. c. 7. Idẽ Proſper. de promiſſione & benedict. Dei p. 4. lib. 5.

N. Lutherus extra veram Eccleſiam nullam edocuit ſalutem. Tomo 3. Ienen. fol. 512. p. 1.

Cyprian. l. de vnit. Eccleſ.

Auguſt. de vnit. Eccleſ. c 4.

Idem in epist. 42. *esse in Ecclesia Catholica. Christiana quippe societas, per sedes Apostolorum, & successiones Episcoporum, certa per ordinem (nota) propagatione diffunditur.* Itaque prius quàm ad dogmatum examen, aut regiminis authoritatem, de nouo quis admitti, vel de his audiri rationabiliter possit, missionis, vocationisque legitimum titulum monstrare probareque, maximè necessarium erit. Quo potissimum capite, omnium nouatorum, vel hæreticorum fraus, tam ordinaria quàm extraordinaria vocatione destitutorum, facilius detegitur, atque Apostolica hac, & adamantino stylo exaranda regula, excutitur: *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo sicut Aaron.*

N. Vide Nostrũ Spongiã Cornel. Iansenij impress. Louanij an. 1641.

Hebreorum c. 5.

Secundo. Quod præter varios modos, quibus res fidei, siue capita *necessaria* sunt ad salutem, sunt & quædam *vtilia*, quædam etiam *licita*, & non repugnantia saluti. Et

hæc

hæc omnia, vt integra sit fidei professio, cum Veteribus, necessum est vt credantur; secundum eundem gradum, aut vtilitatis, aut necessitatis, quò veteres ea crediderunt, & professi sunt: neque vtilibus, aut licitis contradicere, aut contraire. *Tertio*. Necessaria ad salutem, quędam sunt *Absolutè*, quæ ex testificatione diuina, neque loci neque temporis, neque hominum, vel impossibilitatis exceptionem admittunt. V. g. In adultis fides in Christum mediatorem: In paruulis Baptismus, qui fidem ipsis supplet. Quędam *conditionatè*, quæ præcedentes exceptiones admittunt, & obligant secundum possibilitatem, habentq; suos ramos, qui aliter doctos, aliter rudes, aliter pastores, aliter oues, omnisque generis, statusque homines, immo secundum esse, ac melius esse, aliter atque aliter obligant. Quædam porrò necessaria *necessitate medij*, v. g. Sacramenta, per quæ

gratiam realem confert Deus, & operationem ad ſalutem; præcepta Decalogi, quorum neceſſitas à naturæ ordine promanat; pœnitentia, ad remiſſionem peccatorum obtinendam. Quædam *neceſſitate præcepti*, v. g. Sanctificatio diei Dominici, & ſimilia, quæ tantum reſpectu contemptus, & inobedientiæ, ſalutem impediunt. Quædam *neceſſitate fidei explicitæ*, quæ omnes non præuentos morte obligāt, v.g. duodecim articuli Symboli Apoſtolici. Quædam *neceſſitate fidei implicitæ*, v.g. doctrina de peccato originali; de duabus voluntatibus in Chriſto &c. quibus omnibus, in fide Eccleſiæ fideles adhærent, atque in ipſa comprehenduntur. Quædam *neceſſitate Actionis*, v. g. Confeſſio nominis Chriſti: Condonatio offenſorũ: reſtitutio bonorum alienorum &c. Quædam *neceſſitate Approbationis*, qua non omnia facere, ſed non contradicere, nec damnare tenemur.

Quar-

Quarto. Quod titulus veterum, non restringi potest ad patres tantum, qui duobus sæculis proximis Apostolorum ætati vixerunt, scripseruntque; cum ex ijs valde pauca monumenta relicta inueniantur, quæ ad presentium temporum controuersias, illius sæculi praxi conformandas, inseruiunt. Vnde ex quinque primis sæculis, atque quatuor Aecumenicorum Conciliorum placitis, testimonia ac probationes, de veteris Ecclesiæ facie ac fide, approbandæ, tenendæque sunt maximè pro infallibilibus. Ratio est, quod defectus primorum sæculorũ, à Christianorum persecutionibus nati, succedentibus alijs, ad maiorẽ libertatem ac splendorem surrexerunt; presertim à temporibus Constantini Magni. Hæc autem testimonia Veterum, tunc maxime locũ habebunt, cum apparuerit, ea quæ docent, non suis temporibus nata, sed iam tum ab Apostolicis, ac præ-

Idem *Luthero* in tom. 1. VVittember. fol. 23. & fol. 305. Caluinus lib. 1 c. 11. §. 13. & lib. 4. c. 9. §. 8. approbare videbis.

cedentibus temporibus dimanata fuisse, ac tradita; quemadmodum eleganter obseruauit, Leo Primus Pontifex Sanctus: *Dubitandum non est dilectissimi omnem obseruationem Christianam, eruditionis esse diuinæ: & quicquid ab Ecclesia in consuetudinem diuinitus est receptum, de traditione Apostolica, ac de Sancti Spiritus prodire doctrina.* Sic enim ante ipsum docuit quoque Gentium Doctor. *Tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram.* Item ad Timothæum: *quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.* Item. *Formam habe sanorum verborum, quæ à me audisti, in fide, & in dilectione, in Christo Iesu &c.*

Serm. 2. de Ieiunio Pentecost.

Epistol. 2. ad Thessal. c. 2.

Epist. 2. c. 1.

Quinto. Consensus Patrum non ex eo iudicandus est, quod eadem res in omnibus patribus explicata inueniatur, cum non omnes de eadem materia scripserint, nec omniũ

scri-

scripta ad nos integra peruenerint. Sed 1. Quando præcipui patrum cuiusque Regionis, in eiusdem doctrinæ approbatione conueniunt: quemadmodum D. Augustinus, allegando contra Pelagianos vndecim Patres, quorum authoritate, Ecclesiæ Catholicæ fidem se stabilisse sufficienter existimauit: Item Concilium Ephesinum, citatione decē Patrum Sæculorum precedentium, contra Nestorium. 2. Quando Patres loquuntur, non vt doctores, sed testes praxis Ecclesiæ sui sæculi, affirmando non quod ipsis ita videatur; sed quod vniuersus orbis ita sentiat, ita obseruat: eo fundamento, quo Augustinus scribit epist. 118. *Ea quæ obseruamus, non ex scriptis, sed per traditionem, & in vniuerso orbe obseruantur; intelliguntur retenta per consignationem, ac institutionem, vel ipsorum Apostolorum, vel Conciliorum vniuersalium, quorum authoritas maximè salutaris est in Ecclesia.*

Idem contra Donatist.l.4. c.6.& 24.

Sexto. Vt probationes, ac testimonia partium, tam ex Scripturis, quàm Patribus petita, cõceptis terminis, rem de qua controuertitur, exprimant, atque affirmant; non autem per interpretatiuam inductionem, ac consequentiam. Sensus enim literalis, vnicus est ad fidei argumenta probanda, secundum regulam Sancti Dionysij in Epist. ad Titum, Augustinum ep.48.ad Vincent. Donatistam, Hieronymum super caput Matthęi 13. Magistrũ lib.1. sentent. dist.2. Liranum prolog. 2. & communem.

Septimo. Quod praxis Conformitas obseruanda sit quatuor Patriarchalium Ecclesiarum cum Ecclesia Romana, præcipuè in quatuor capitibus principalioribus, cũ hæreticis hodiernis controuersis. Videlicet 1. in præsentia reali Christi in Eucharistia, immo transubstãtiatione. 2. In Sacrificio Missæ. 3. In

Vide Censuram Ecclesiæ Orientalis in Cõfessionem Augustanam ab Hieremia Patriarca.

In oblatione, ac precibus pro Defunctis. 4. In inuocatione Sanctorum, & denique Ecclesiæ Romanæ prærogatiua, atque in communionis vnitate, qua à Græcis cæterisque alijs tam schismaticis, quàm hæreticis distinguitur. Vide Petrum Arcudium de Concordantia Orientalis, & Occidentalis Ecclesiæ in administratione Sacramentorum. Item confutationem Nili Thessalonicensis de Primatu Papę, authore Ioãne Matthia Cariophylo Archiepiscopo Iconiensi.

Concludo itaque cum D. Augustino: *Videtis quid faciat anima in corpore &c. Quod autem est anima corporis hominis, hoc est Spiritus Sanctus Corporis Christi, quod est Ecclesia: hoc agit Spiritus Sanctus in tota Ecclesia, quod agit anima in omnibus membris totius corporis. Sed videte quid caueatis, videte quid obseruetis, videte quid timeatis: contingit vt de corpore humano præcidatur membrũ,* Serm. 80. de tempore.

ma-

manus, digitus, pes, numquid præcisum sequitur anima? Cum in corpore esset, viuebat, præcisum amittit vitam. Sic & homo Christianus, Catholicus est, dum in corpore viuit, præcisus, hæreticus factus est: membrum amputatum non sequitur Spiritus. Si ergo vultis viuere de Spiritu sancto, tenete charitatem, amate veritatem, desiderate vnitatem, vt perueniatis ad æternitatem. Cum Gentium Doctore, ac Patrono meo, omnes verè fideles Christianos ac Catholicos, vt fratres *Rogo per viscera Domini nostri Iesu Christi, doctrinis varijs nolite abduci, sitisque perfecti in eodem sensu, & eadem scientia, ac eos obseruetis, qui dissentiones, ac offendicula, præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt; & declinate ab illis, huiusmodi enim Christo Domino non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones, & benedictiones, seducunt corda innocentium.* Vel si apud vtrosque tam hæreticos, quā

Epist. ad Hebreos c. 13.

Ca-

Catholicos, antiquissimi Doctoris, non authoritas, sed rationes aliquid ponderis habere merẽtur, aut possunt; ponderent quæso, atque æqua lance temporibus nostris cõmetiantur, ea omnia, quæ Tertullianus, tàm disertè quàm dilucidè de præscriptionibus aduersus hæreticos, Ecclesiæ Vnicæ, Apostolicæ Catholicæ, ac Orthodoxæ reliquit: ita enim, & veterum & recentiorũ hæreticorum vsurpationẽ, ac vim, Ecclesiæ vero Romanæ fęlicitatem, *cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine profuderunt*, dempta passione, clarius agnoscent.

AR-

ARGVMENTVM.

IVdicium constans, & authoritas omnibus sæculis exercita contra hereticos, Ecclesiæ Catholicæ, ac Romanæ fidem ac Religionem stabiliũt. præcipuè in Scripturarum, & Sacramentorum traditione, & doctrina elucescit accuratius, in Baptismi, ac Eucharistiæ Sacramentis apud Lutheranos, & Caluinistas comprobatur. Cathalogus hæresum veterũ succinta, vtriusque Sectæ impietates condemnatas complectitur. Occasio conuersionis ad Ecclesiam Romanam. Romani Pontificis, Cleri, & Cæremoniarum defensio. Enarratio breuis, de peregrinatione in Terram Sanctam cum exhortatione, & voto.

PE-

PEREGRINATIO SECVNDA

CAPVT I.

DIES *diei eructat Verbum, & nox nocti indicat scientiam*, cecinit præclarè Sanctus Vates; dum id quod in se clarum est Veritatis immutabilitate, omnium temporum recogitatione, intellectui parit maiorem certitudinem: nec maius possit dari, aut veritatis stabilimentum, aut erroris solidior conuictio; quàm quod veritas, securitate inuariata, sæculorum hominumque memorias ac iudicia percurrisse; error vero, repetitis sententijs, æquali constantia, grauissima seueritate semper conuictus proscriptusque fuisse, reperiatur. Humanis namque, ac diuinis legibus prouisum est, vt quod Psal. 18.

pu.

publico aliquãdo iudicio condemnatum inuenitur; perpetuò silentio sepultum maneat, aut resuscitatum, seuerioribus supplicijs cum nouatoribus reprimatur: ne immota moueantur, aut damnata reuocentur in lucem, maxima cum veritatis, ac pacis publicæ iniuria. Ex quo euenit, vt si extra seipsam, forum aliquod competens, Ecclesia Catholica haberet in terris, pro dirimenda doctrinæ & authoritatis suæ lite, à nostri sæculi hæreticis sibi intentata; solo calumniæ juramento partium, ab omni iniquæ tædiosæque actionis processu rectissime liberaretur: dum authoritatem, immemorabili præscriptione, doctrinam contrariarum sibi opinionum constanti damnatione firmatam, vtrumque, Orientis ac Occidentis notitia celeberrimum, opponeret. Vtriusque etenim, tam Ecclesiasticæ historiæ quàm Patrũ Sapientum Sanctissimorumque te-

sti-

ſtimonijs, variarum hęreſum origines annotantibus, ac iudicia à Romana ac Apoſtolica Sede peracta conclamantibus; quid præter temporis perſonarumque nouitatem, in cauſa ſua hæretici adferre poſſint, ſincerè non cognoſco: dum damnatos olim errores, reuocari tantum ab eis, aut ſi quid corruptũ in eccleſiaſtici regiminis ſenecta occurrit, perſcrutando diffamari, & confingendo etiam vellicari, ſecundæ huius noſtræ peregrinationis diſcurſu demonſtrare, in animũ induximus quippe, quemadmodũ veritatis viam ingreſſi, primo eius proceſſu inter tot hæreſum ſæculi noſtri deuia, biuium illud tantum Lutheranorum & Caluiniſtarum, breuiter conſiderare propoſitum fuit; ita in ſecundæ huius peregrinationis ſucceſſu, ſpinas ac tribulos vtriuſque, ex antiquis atque aduſtis radicibus veterum hæreſum repullulaſſe, ſimili claritate, ſuccinctè indica-

dica-

dicare, operæ pretiũ duximus. Interea Ecclesiæ nomine, Dauidicam quandam quærelam, contra hæreticorum proteruiam præmittere, non immeritò nec incongruè possumus, atque debemus. *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel, sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi: supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerũt iniquitatem suam. Dominus iustus concidit ceruices peccatorum: confundantur, & conuertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion. Fiant sicut fænum tectorum, quod priusquam euellatur, exaruit.*

Psal. 128.

Non libet prolixam Centuriatorum quorumdam Magdeburgẽsium nugacitatem, in contexendis Ecclesiæ annalibus, ijsdem suis velut vestigijs premere; ne videamur aquam ex cænosis riuulis haurire, cum tot fontes veterum doctorum, inde à primis Ecclesiæ Sæculis limpidis-

Vide Corradum Brunum Germanum.

pidis-

pidissimos conseruari, eiusdem perpetuæ sollicitudini debeamus. Sufficit nobis sedulò aduertisse, etiam apud inimicos, veritatis memoriã conseruari; vt quamquam eandem falsaria, aut erronea sua censura traducant, supprimere tamen temporum hominumque testimonia, ac consensum, nequaquam valeant. Præterea, valde obseruandum esse, his qui vnius, ac veræ Ecclesiæ Romanæ Vnitatem agnoscere cupiũt, magnum Veritatis doctorem præcauisse: *Nihil perniciosius hæreticis esse posse, quòd quibus multa nobiscũ paria sunt, vno tamen verbo, quasi veneni gutta, meram illam ac simplicem fidem Dominicæ, & exinde Apostolicæ traditionis inficiant,* &c. *nihil tam cogit in mortem, quàm sub obtentu fidei, fidem violare: vt enim gypsum aqua permixtum, lac colore mentitur: ita hic per verisimilem Confessionem, Traditio inimica suggeritur.*

S. Ambros. l. de fide Ortodoxa contra Arian. c. 4.

O In-

Inter prima, quæ omni tempore, omnibusque pariter hæreticis licentiam ſtrauit, noua dogmata, nouoſque errores contra traditam fidem euulgandi; Scripturarum ſacrarum, & mutilatio & priuata interpretatio fuit. Vt dum ea, quæ non niſi Apoſtolica traditione, atque Conciliorum tam Orientaliũ, quàm Occidentalium examine ac declaratione, in Eccleſia Catholica, pro doctrinæ veritate approbata & conſeruata fuerunt; priuatorum quorumdam ex plebe hominum temeritas, tamquam apochrypha, notare, atque reicere, aut quod omnium hæreſum præcipuus fons eſt, ſuo ex genio, pro libitu in varios ſenſus flectere, ac interpretari, inſolenter preſumpſiſſe agnoſcitur. Olim Simoniani, & Baſilidiani ſub anno 35. Marcionitæ ſub an. 146. Manichæi ſub an. 276. Albigenſes ſub an. 1240. Teſtamentum vetus reſpuebant, vt à malo Deo dictatũ. nu-

N. Breuiter vos admoneo, vt ſi authoritatẽ Scripturarum omnibus præferendam ſequi vultis, eam ſequamini quæ ab ipſis præsẽtiæ Christi temporibus per diſpenſationes Apoſtolorũ & certas ab eorum ſedibus ſucceſſiones Episcoporum vſque ad hæc tempora toto orbe terrarum cuſtodita, commendata, clarificata peruenit. Auguſ. l. 33 cõtra Fauſt lib. vlt. item c. 6. item l. 15. de Ciuit. Dei cap. 27.

Irenæus lib. 5 c 20. 21. 29. Epiphan. hæreſ. 66. S. Antoninus Florent. p. 4. tit. 11. c. 7.

nuper Anabaptistæ, in Colloquio Frankenthalensi, Vetus testamentum haud aliter ad fidem valere, quàm quatenus cum nouo concordat, censuerunt. Hebræi in Thalmud, librum Iob exauctorarunt; alij Rabbinorum commentarijs illustrarunt. Lutherus in Conuiualibus sermonibus, non credit sic gesta omnia, sicut in eodem libro continentur. Ecclesiasten, vt & Cantica Canticorum quidam apud Philastrium repudiabant; Lutherus item vt prius videri sibi ocreis & calcaribus destitutum, equitare tantum in soccis asseruit. Pagani, & Iudæi historiam Susannæ subsannant, & exsibilant; quos sequutus Erasmus, simulque cum his Lutherani, & Caluiniani, Tobiam, Iudith, Sapientiam, Ecclesiasticum, & Macchabæos exauctorant, atque à sacro Canone auellunt. Contra quos, quomodo stet omnis antiquitas, & Conciliorum & Patrum; tri-

Tit de Patriarch. & Proph.

In Catal. hæref. c. 132.

Luther. in præfat. à se conuersorum Bibliorũ, & Madeburg. Centuriat. lib. 2. cent. 1. cap. 1. col. 51.

uialesque hæreticorum obiectiones, vide apud Bellarminum lib. 1: cap. 13. & 14. ne huc eadem transcribendo, nauseam prouocem.

Item P. Becanum in manual. controuers. lib. 1. c. 1. quæst. 4. an Luther. & Caluin. habeant veram Scripturam.

Noui proinde testamenti quosdam libros, quibus ad firmanda Ecclesiæ quædam dogmata, semper Ecclesia Catholica vsa est; quomodo Lutherani & Caluinistæ, modò cõtemnunt, modò recipiunt, modò de ijsdem dubitant aut variant, superuacaneum mihi est, post supradictum doctissimum Cardinalem,

Ibidem c. 18.

longum sermonem texere; cum meo iudicio, vtrumque compareat, quàm antiquum sit hæreticis, leui quocumque fundamento, opiniones priuatas, pro certis ac irrefragabilibus arripere; quàm vero ex aduerso, securius Ecclesiæ iudiciũ, veterum Conciliorum canonibus, ac Sanctissimorum Patrum decretis, suaque inexpugnabili authoritate, per tot sæculorum curricula subsistit. Sed pudet denique, ac per-

hor-

horrescit animus, infandos referre titulos, quibus in vniuersum Scripturam hanc sanctam dehonestat, hæresiarcharum Centonista Lutherus, modò 1. merum esse venenum asserendo; modò librum 2. hæreticorum; Chartam 3. Lusoriam; Nasuin 4. Cereum; Sathan 5.; merdam 6. Sathanæ, aut quid non vocando: & tamen credi sibi volunt impostores, se primum, purum putum Verbum Dei de subtus scamno protraxisse.

1. To. 2. VVittemb. fol. 111
2. In postilla de falsis Prophetis.
3. To. 2. VVittemb. f. 169.
4. To 6 f. 48.
5. To. 1. f. 155
6. To. 2. f. 391

CAPVT II.

SVperat hanc hæreticorum temeritatem, eorumdem in Scripturis interpretandis licentia insolentissima; quamuis hoc primum intelligere deberent, Apostolorum principem, Apostolicæque Cathedræ magistrũ, apertissime monuisse: *Quod omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit; non enim*

D. Petrus ep. 2 c. 1. & 2. in prin.

voluntate humana allata est aliquãdo prophetia; sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt Sancti Dei homines. In futurum etiam præmonens, sicut olim, ita & nouissimis temporibus futuros Pseudoprophetas, & magistros mendaces, quorum sicut celer est perditio, ita sequacium certissimam fore damnationẽ. Quæ enim vnquam, Deus bone! aut de fidei veritate certitudo, aut in variabili humani intellectus petulantia refrenanda, constans regula daretur; si sacrarum Scripturarum mysteria, pro cuiuslibet priuati hominis interpretatione, in varios, multiplices, absurdos item ac contrarios sibi sensus, prodere liceret; cum illud magni Imperatoris dictũ timendum semper sit: *malus Interpres negotium est diaboli, eiusque effigies, & imago.* Similiter & Sancti doctoris: *Scripturæ sacræ sensum, nõ literam in crimen conuerti ab hæreticis.* Superuacaneum est hic profer-

Constant.M. ep.ad Arriũ.

D.Hilar. lib. 2. de Trinit. ad Constant.

ferre, tot immensa, præclara, & sanctissima documenta, quæ antiquissimi Patres Ecclesiæ, quæ recentiores doctissimi homines, quæ ipsa ratio, contra hanc interpretandi scripturas libidinem obseruarunt, nobisque dictarunt: cum & omnis antiquitas, & præsentium maximè temporum confusio, proh nimis nota, satis superque confirmet, hac velut vnica claue, principem tenebrarum, mendacijque parentem, tot Inferorum portas, quot videlicet hæreticorum sectæ repperiuntur, reserasse. Indignũ profectò, etiam ijs videre posse non dubito, qui illud: *Scrutamini scripturas*, adeò mordaciter pro præcepto tuentur, si non quilibet tantum ex vulgi fœce, sed etiam sequioris sexus, & dominæ & ancillæ, & vetulæ, & iuuenculæ, sacrarum litterarum mysteria, nostris temporibus, inter hæreticos visæ fuerunt profanare; licet & Apostolico edi-

Non est leuior transgressio interpretatione, quàm in conuersatione, tantumq; veritati obstrepit adulter sensus quàntum & corruptor stylus. Tertullian. de Pudicit. c. 10.

Ioan. c. 5.

D. Paulus ep. 1. ad Corint. c. 14.

ĉto *turpe* iudicari, ***mulierem in Ecclesia loqui***, & eodem, à docendi officio arceri, vel ipsæ tales bibliomastiges, ignorare non debeant.

N. Quod medicorũ est promittunt Medici, tractant fabrilia fabri sola Scripturarum ars est, quã sibi passim omnes vẽdicant scribimus indocti, doctique poemata passim, hanc garrula anus, hãc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi præsumũt, lacerant, docent, antequã discã. D Hieronym. ep. ad Paulin. de stud. Script.

Mihi dum aliquando in Batauia hærerem, quid cum simili quadam magistra, ac sciola contigerit, libet sine iniuria referre: eò quòd mercatoris cuiusdam ædes, pro rationum libros tenendi scientia accedens, sæpius pro religionis controuersia, prius me eiusdem vxor aggrederetur, atque impugnaret. Et cum inter alia semel peccati causã Deum esse, iuxta Caluini sectam contendens, ex biblijs vernaculis, quæ habebat à dextris, (vt ferè in illa regione omnes fœminæ scripturas baiulant, ac versantur) promptè Amos illud: *Si erit malum in Ciuitate, quod Dominus non fecerit*, proferret; Ego non minus seriò, malum pœnæ, quod Israelitico populo in prædicto loco annunciabat Dominus, quàm iocosè, Ecclesiastici

Cap. 3.

ſtici dictum: *Melior eſt iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, & mulier confundens in opprobrium*, præſumptioni mulieris explicandum obieci. Heu in quæ tempora deuenimus! Vnde ſi aliquando incerto ne dicam falſo illi Germanico prophetæ, de Scripturarum Codice edicere placuit, omninò melius eſſet, retinere verſionem vſitatam, (intelligit vulgatam, ſiue Hieronymianam) quam tot nouas cumulari &c. Inſuper alibi: Paulatim tam multa futura ſunt bibilia, quàm multi ſcioli in Hæbraica Magiſtros ſe profitebuntur. quidni oculato teſti tot confuſionum, tam in Hollandia, quàm Anglia (vt Poloniã, & Germaniam omittam) ſuccedentium, propter Scripturarum proſtitutionem, vt ſic loquar, aſſerere licebit, ac ſuadere, omnino tutius fore, omnium quarumcumque ſectarum magiſtellos fugere, ac deteſtari, atque ſecundum Apoſtolos: *Noli-*

Eccleſiaſt. c. 42. v. 14.

Luther. in Comment. de nouiſſimis verbis Dauidis.

In lib. Prophetiarum ſuarum collectũ per VValter. Hallens.

D.Ioan.ep.1. c 4. D.Paulus ep. ad Ephes.c.4. *Nolite omni spiritui credere, vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum*, (nota) *in astutia, ad circumuentionem erroris:* Sed antiquæ potius Catholicæ & Apostolicæ, per sæcula continuatæ Cathedrę Romanæ acquiescere, atque adhærere; cuius primicerio à Christo dictum præcipue legimus: *Simon, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando cõuersus, confirma fratres tuos.* Luc. cap. 22. v. 32.

Nam si iuxta humanas regulas, vnius iudicij authoritas ad legum dubia, litiumque perplexa dissoluenda, descendit à principe, de cuius potestate disputare est sacrilegium, iuxta l. 2. Cod. de Crim. Sacrileg. nec fallere præsumitur. Quid ni sęcurius erit, diuini eloquij præcepta, scripturarumque intelligentiam, ab illius Cathedræ Magistris ediscere, à cuius etiam traditione habemus, istas Scripturas, diui-

N. Quod *Ecclesia* Dei dicitur Terribilis sicut castrorum acies ordinata. Sapiẽtia cap. 6.

diuina esse oracula, atque fidei nostræ fundamenta, ac secreta continere: quàm quotidie, nouos dissonosque obaudire interpretes, qui se sacrum textum:

Item Circumdabo domū ex his qui militant mihi Zacharia c 9.

Nocturna versasse manu, versasse diurna.

incessanter proclamant: nec tamē, magis de veritate se securos demōstrare certo valerent, quàm illi, qui priuati cuiuspiam hominis iudiciū, omnium sæculorum, hominumque consensui præferri debere, dementer contenderēt. Vbi vero ad Christi Domini regulam, in constituendo Christiano & Apostolico iudicio reducimur, probè intelligimus, eum, sicut in reuocando errantes, in coniungendo diuisos, sollicitudinem ac benignitatem; ita in cōdemnando iniquos, in repellendo obstinatos, docuisse seueritatem ordinatam, atque constantem. Audi apud Matthæum, diuinum decretum: *Si autem peccauerit in te*

Cap. 18. v. 15.

fra-

frater tuus, (ecce iniquam litem) *vade, & corripe eum inter te & ipsum solum*, (ecce erroris admonitionē) *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum*, (ecce Charitatis commendationem) *Si autem te non audierit, adhibe tecum vnum, vel duos*, (ecce processus formalitatem) *vt in ore duorum, vel trium stet omne verbū. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ*, (ecce supremi tribunalis constitutionem). *Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus*, (ecce iudicij seueritatem) *Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in Cælo* &c. (ecce regis regum irrefragabilem authoritatem, ac certitudinem iudicij infallibilem.) Sed videor, frustra eminentis ac constantis huius Christiani iudicij authoritatem exquirere; cuius necessitatem etiam quilibet hæreticus, societatis ac vnitatis fidei conseruandæ respectu desiderat, aut ex-

po-

poſcit: niſi vnicum illud, quod tẽporum non interrupta ſucceſſio, Pontificum continuata iuriſdictio, hominumque conſtans memoria ac traditio, ab Apoſtolorum principe in Occidente conſtitutum, per mille & quingentos annos docuit; iniquè à recẽtioribus hæreticis declinari, eoſque de malitia, aut inſolentia ſuſpectos magis reddere, demonſtrauero.

Vide decretũ Innocent. I. in text. c. quoties 24. q. 1. item Pelagij Can. multis. 17. diſt. vbi præcipuè. Maiores & difficiliores quæſtiones, vt ſupradicta Synodus ſtatuit (videlicet: Conſtantinopolit.) ad Sedem ſemper referãtur Apoſtolicam

CAPVT III.

NOlo immenſum campum ingredi, in quo tot Concilia Oecumenica, nationalia, prouincialia, Eccleſiæ Romanæ & Apoſtolicæ authoritatem defendendo, ingentes hæreticorum turmas confuſæ doctrinæ, ac nominis, validiſſimè proſtrauerunt: mihi ſufficit, ex omnium hiſtoria ſollicitè annotaſſe, omnes quotquot fidei errores, ex Scripturis contra Scripturas exci-

Vide Confeſſionẽ noſtrã impreſſã Coloniæ anno 1652.

excitarunt, sola Romanæ Ecclesiæ, ac Cathedræ, tamquam Apostolicæ Veritatis Magistræ, ac custodis sententia, semper fuisse damnatos. Deinde quoscumque contra eiusdem authoritatem insurgẽtes, propria confusione infames, constanti eiusdem Ecclesiæ maiestate, semper fuisse perculsos, atque mansisse conculcatos. Vnde etiam, Samij Lucomonis acumine præditum iudicem accersere possum, vt sententiam ferat; quæ fuerit insolentia, ne dicam Orestæus furor, superbientis illius Germaniæ neomagistri Lutheri; cum vigente per Germanica, Gallica, Hispanica regna, cæterasque vniuersas Europæ prouincias, Pontificis Romani in Ecclesiasticis rebus authoritate; ipse homo plebeus, ex monastica grege, præsumpserit ius Canonicum VVittembergæ flammis adiudicare: quasi iurisdictionem simul abrogare potuisset, quam adhuc precipua

In operibus Lutheri insertum est decretum infelens istius incendij. Tom. 1. Ien. Lat. per Donat. f. 320. & to. 2. Lat. VVittember. fol. 123.

cipua

cipua Ecclesiæ in quatuor orbis partibus membra, reuerentur & agnoscunt? Nisi forte, affirmare quis voluerit, nihil præter temeritatis famam, vt quondam ille Ephisini templi incendiarius, Lutherum sibi vsurpasse; aut ne alij quoque, qui simili furore correpti fuerint, in posterum timeant, leges ac magistratus spernere, exēplo suo prędocuisse. Præterea qua veritate, quo interni spiritus Κριτηρίῳ, (vt ipsi magistri Lutherani loqui solēt) [demonstrare potuit, se à Deo missum fuisse, ad veram legem mundo dandam;] cum nullam, aut incertam post se reliquerit? [Suam doctrinam Euangelium esse, cui in extremo judicio Christus testimoniū perhibebit: quam etiam de Cælo haberet;] licet interea dū viueret, plures in euangelizando socios discordes; in veritate contestem neminem; de Cælo testimonium nullum nisi infaustum protulerit? [Suū

Pausanias.

judi-

iudicium Dei esse iudiciũ;] cui tamen ipso viuente, nec Anabaptistæ, nec Sacramentarij, nec tot alij ex Schola ipsius egressi quidquam detulerunt: nec mortuo, à quo tribunali aut iudice, pro dirimendis quotidianis sectariorum suorum litibus, peti possit, aut debeat, certo constare vmquam potuit. [Deum se elegisse ad degradandum Papam à throno suo;] quem verumtamẽ, non sacrilegi thori, sed scholæ eius progenies, in Indiæ & Americæ regnis illustriorem potentioremque, diebus nostris conspicit.

N. Quod *Lutherus* commune omnibus ius esse vult de dogmatibus iudicandi lib. de minist. Ecclesiæ instit. tom. 2. Ienen. lat. folio 553. • Itẽ quod scribit to. 2. VVitemb. Lat. per Lufft fol. 307

His igitur Lutheranæ veritatis Κρίτηρις præmissis, ac præcognitis, quisnam se Christianorum fidei, ac doctrinæ huiusmodi securè committere possit, facile despexerit, qui hereticorum vsitatas, à Christianæ religionis principio fraudes, ex Ecclesiasticis historiarum monumentis aliquantulum diligentius annotauit. Nescire etenim nequaquam

po-

poteſt, Spiritum mendacij in ore Prophetarum iſtorum, caligine nō claritate gaudere; ideoque vnica velut clauicula, Scripturarum obſcuritate, errores ſuos obſeraſſe. Eccleſiæ vero claues, Catholicæ veritatis certitudinem, Conciliorum Oecumenicorum, ac Decretorum Pōtificiorum declaratione reſeraſſe, atque confirmaſſe. quibus ſi maior fides, potiorque ſecuritas, quàm cuiuslibet priuati hominis ingenio, aut iudicio tribuenda non erit; interrogare cū magno Apoſtolo audebo: *Numquid omnes Apoſtoli? Nūquid omnes Prophetæ? Numquid omnes Doctores?* Quanto minus iſti, qui Eccleſiam deſeruerunt, & charitatem, præcipuum Vnitatis eius vinculum, impijſſime diſruperunt. Aut ſi Spiritus Sancti infallibilem aſſiſtentiam, quam Apoſtolicæ ſuæ Eccleſiæ promiſit Chriſtus: *Manſurum cum ea in æternum*, potius ad tres aut quatuor, priuato Spiritus

1. Corinth. c.12.

Ioan. cap. 14. v. 17.

dictamine ſemetipſos à communi & perpetuo Chriſtianorum cætu ſegregãtes, non continuis,ſed multum diſcretis temporibus defeciſſe, perſuaſerint: perſpiciant rogo,quã lunaticam Chriſti Sponſam,ac vertiginoſam conſtituant, quàmque miſerrimè, eius regimen, omnium perfidorum Apoſtatarum nouatorumque libidini, temeritati,& confuſioni exponant. Vnde mihi aliquando conſideranti manipulos illos variorum hęreticorum,tam antiquis temporibus,quàm ſęculo noſtro zizaniæ feraciſſimo; admiratio, ſeu potius ſtupor non exiguus ſuperuenit; eo quòd edicẽte Chriſto de Orationis efficacia, non de fidei, aut conuentionis ſingularitate, vt ipſa litera docet: *Vbi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum*: tamen his, numquam aut conſenſus in doctrina, aut vnio in Societate, ne dicam iudicij alicuius formali-

Matth. 18. v. 20.

tas,

tas, cõtra Catholicam, & Apostolicam Rom. Sedẽ, aliqua in orbis parte fuerit cõcessa. Sed pro vt author aliquis nouæ hęresis, aut schismatis alicuius in Ecclesia surrexit, ita vel Ecclesiæ eiusdem authoritate, ac iudicio perijt, vel sui erroris incerto patrocinio, sectæ suæ dispoſuit confusionem, ac ruinam. Proinde confidenter mihi cum magno illo hæreticorum flagello Augustino, In Psal. 57. animum addere omnibus Ecclesiæ Catholicæ Romanæ filijs, vtile ac necessarium videtur: *Non vos terreant fratres, quidam fluuij, qui dicuntur torrentes, decurrens aqua ad tempus perstrepit, mox cessabit, diu stare non possunt. Multæ hæreses iam emortuæ sunt, cucurrerũt in riuis suis quantum potuerunt, siccati sunt riui, vix eorum memoria reperitur; vel quia fuerint.* Alterius voluminis, ac ingenij esse cognosco, singulas hęreses, singulis Ecclesiæ iudicijs condemnatas, ordine ac elegantia

debita recensere; mihi sat erit, ex quibusdam Lutheranorum, Caluinistarumque propositionibus, specimen veterum condemnatarum edere: quibus agnitis, nō plus his, quàm istis fidei aut veritatis tribui posse, non ego magis, quàm alius quisque integro iudicio præditus, facillimè sententiam dabit.

CAPVT IV.

QVàm antiquum sit hęreticis, sanctas traditiones Apostolicas contemnere, atque calumniari; tot hęreticorum apud Patres ingens cathalogus, fidem facere posset: quàm vicissim vtile, atque necessarium sit Ecclesiæ, easdem seruare; duabus tantum mihi rationibus persuadere, satis superque videtur. Etenim, cum ipsarū Scripturarum certitudo, ac authoritas, non nisi humanis traditionibus ad nos peruenit; tam veteris, quàm

nouj

noui testamenti Ecclesia docente, hæc esse diuinæ legis monumenta, non alia; cui si de hoc principio Veritatis fidem adhibere non dubitaui; quare in his, quibus minus pondus inesse solet, aut euidenter, aut rationabiliter inde deducuntur, eidem authoritatem denegabo, intellectus acumine perspicere non licet? Nisi fortassis, & cunctas obseruationis veteris Synagogæ Iudaicæ, & primitiuæ Ecclesiæ Apostolicæ, quæ Biblico Codice non continentur, vel penitus contra authorum antiquissimorum testimonia negare, vel tamquam iniquas Christiano cætui, vi tantum præcipientium obtrusas calumniari, vnicuique liberum fuerit. Vnde non immerito, grauissimi (etiam hęreticorum approbatione) Patris Augustini sententia: *Insolentissimæ insaniæ est existimare, non rectè fieri, quod ab vniuersa Ecclesia fit*, etiam paucis hęreticorũ exemplis constabit. Epist. 118.

In primis ad Scripturarum Codicem (cum alium iudicem veteris Apoſtolicæ Eccleſiæ aduerſarij nõ admittant) trahere vellem, hos, qui ſe ſolos Apoſtolicæ fidei regulam tenere veram & rectam iactitant, fideique eiuſdem compendiũ ac teſſeram, quam ſymbolum Apoſtolorum nuncupamus omnes, ex eadem illa Scriptura demonſtrare expoſcerem! quod ſi ſuperſtite adhuc Apoſtolorum Collegio, ante quam in diuerſas mundi regiones diuiderentur, Hieroſolymis in mõte Olíueti compoſitum, antiquitatis teſtimonio accepimus; quare ſibi ipſis, ac nobis moleſti ſunt hæretici, vt malæ fidei eſſe credamus; quod ſine ſcripturæ authoritate recipere ac tenere, nemo vmquam Chriſtianus dubitauit, ſicut nec ipſi dubitant? Dein quia expreſſo Apoſtolorum decreto, in primo Eccleſiæ Concilio præſcriptum fuit, vt Chriſtiani à ſanguine, & ſuffocato

In loco antiquitus Eccleſia nunc cripta, 12. arcuũ viſitur, & lege Quareſmin. Elucidat. Terræ Sãctæ t. 2. l. 4. peregr. 9. c. 1.

Actuum c. 15.

to abstinerent; optarem intelligere, qua alia lege vel authoritate, nisi eiusdẽ Ecclesiæ contrario vsu, & Veteres Catholici, & noui nostri Euangelici, primum illud decretũ abrogarint, aut eidem adhuc contraire præsumant? Quo etiam expresso Christi mandato, paruulos infantes Baptismi sacri vndis abluunt, & non potius aliorum quorũdam hæresi acquiescentes, rationis vsum, ac certam ætatem in iisdem expectant, ac requirunt? nisi forte, vt respondit aliquando confrater Lutheri Melancthon: [Consensum Ecclesiæ Vniuersalis omnium temporum, testimonium esse hanc constitutionem esse Apostolicam:] aut forte hanc eandem laudabilem, ac pene necessariam consuetudinẽ, Iuris illa interpretatione defendere necessarium ducant: *Omnia concessa videri, quæ in lege expresse non prohibentur*. Ad hoc etiam, cur eũdem Baptismum, vt olim Donati-

Anonimi de tempore. D. Bernar. ser. 66. in Cantica, & ep. 240. Anabapt. cõtra quos Luther. & Caluin. acriter consurrexerunt. Item Melancthon.

Glosa in cap. Nuper de sent. excom. §. in 2.

stæ ac Cathari, alijque hęretici, in his qui apud alios baptizati fuerũt, non repetant; non video quam aliã reddere rationem possint, quàm olim D. Aug pro vniuersa Ecclesia reddidit: *Baptismum Ecclesiæ non hæreticorum esse, ideoque non iterandum*. Et quia de Sacramento agitur, rogo vt Scripturam aperiant; (cum se solos sigilla eius tenere, ac aperire dignos iudicent,) quæ Sacramenti nomen, duoque tantum esse, vt ipsi docent, Baptismum, & Eucharistiam; cætera vero ab Ecclesia recepta, fuisse aut falsa, aut non recipienda, conceptis verbis demonstrent. Profectò, non minus illos in luto hærere super hac re, ex multis cognoui, quàm in perpetua virginitate Matris Dei probanda; in Dominici diei pro Sabbatho celebratione; in Ceremonialis, ac Iudicialis legis Mosaicæ abolitione; Moralis vero obseruantia; vt alia multa silentio premam, quæ ipsi

Lib. 1. de Bapt. cõtra Donat. c. 9.

ipsi cum Ecclesia, ex ipsius tantum Ecclesiæ traditione, & authoritate colunt, atque defendunt.

Sed quia vniuersim Traditiones aspernatos fuisse Valentinianos sub an. 146. & Marcionistas, ab Ireneo ac Tertulliano didicimus. Item Augustinum contra Donatistas anno 306. ex Solis scripturis pugnantes, vt nostri quoque hæretici se agere existimant, Traditiones opposuisse. Arrianos sub an. 317. nihil nisi Scriptum admittere voluisse; Traditum respuentes. Arrianos, Eunomianos, Nestorium, Euthychen, Dioscorum, Apostolicos, VVicleff, omnes diuersis planè sæculis, eodẽ errore imbutos, Ecclesiæ censuram subijsse, ex historiarum monumentis percepimus. Videbor non temeraria, aut iniqua consequentia, hereticos nostri temporis, prioribus istis, in eadem contra Ecclesiæ traditiones doctrina succedentes; aut earumdem pœnarum reos cõsti-

Lib. 3. cap. 2.
Lib. de præscript.
Lib. de vnit. Eccles. c. 19.

Hilar. lib. cõtra Constant.
Epiph. hæres. 69. & 79.

ſtituendos, aut tamquam Catholicæ Eccleſiæ refractarios, proprijque ſenſus proteruè tenaces, ab omnibus Eccleſiaſticæ vnitatis ſequacibus, meritò fugiendos iudicare: quo ſic ſeruata antiquitati, ac Eccleſiaſticæ authoritati reuerentia debita, omnia ordine, ac decenter fieri in Eccleſia, admiremur potius, quàm vt nouatores ſolent, Eccleſiaſticas cæremonias, atque Apoſtolicas conſtitutiones, inſolenter irrideamus, aut calumniemur. *Ipſo Luthero iudice teſtimonium totius Eccleſiæ ſanctæ tametſi aliud nihil haberemus, ſolum ſufficere nobis deberet contra fanaticos ſpiritus: nam periculoſum & horrendum eſt, quicquam audire vel credere contra vnanimem & teſtificationem, & doctrinam totius ſanctæ Eccleſiæ, &c.*

Vide Luther. in Epiſt. ad Albert. Brandeburg. tom. 2. Germ. VVitemb. fol. 243

Ex hoc igitur traditionum fonte, cùm multi riuuli fluant, quos hæreticorum æſtus apud ipſos deſiccauit, apud Eccleſiam vero Catho-

tho-

tholicam, copiosè latissimos eius campos, delectabiliterque irrigant; exhortari vellem omnes istos, ab eiusdem vnitate ac veritate deuios, vt quæ mendaces eorum magistri, superstitionis calumnia iniquissimè traducunt, quia expressè in Scripturis non traduntur; Ea secundum D. Augustinum, *Partim ex Apostolicis constitutionibus, partim ab eorumdem Apostolorum successoribus in Ecclesia*, pro integriori Dei cultu, fideliumque ædificatione, rationabiliter nimis introducta agnoscant. *Neque minus puniendos contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum, quàm diuinarum legum trāsgressores*. Hierarchiam Ecclesiasticam (vt paucissimis caput maximū tangam) quam insipienter irrident hęretici; sicut necessitatis, ac vtilitatis ratio illismetipsis persuadet, licet habeant indecoram, eneruem, capitis membrorumque dispositione truncatam; ita Catholicis, sæcu-

Lib. de bapt. cōtra Donat. cap. 23. Item ep. 118. ad Ianuar.

Vide Martin. Perez de tradit. August. ep. 56

Vide Belarm. de Rom. Pontif. & Cler.

lorum continua ſucceſſio, eandem Apoſtolorum ordinationi conformem, non aliundè, quàm à Chriſti Spiritu, qui Eccleſiæ rectoribus continuò aſſiſtit, pro temporum fęlicitate, ac Chriſtianæ reipublicæ augmento, ad eam, quam nunc cernimus maieſtatem, proceſſiſſe. Cum vero omnem hunc ordinẽ, ac graduum diſtinctionem, à Lutheranis, ac Caluiniſtis confundi, aut aboleri conſpicimus; hos aut ad Schiſmaticorum Orientalium, antiqui Apoſtolicique regiminis varias obſeruationes, (licet per ſuperbiam legitimo capite minuti ſint) confundi debere; aut ex omnium hęreticorum veterum ac modernorum dãnabili confuſione, tamquam erroris ac criminis eorumdem ſucceſſores, haberi pro conuictis, tam experientia harum partium, quàm memoria plurimorum ſęculorum, ex hiſtoriarum conſenſu, infallibiliter concludunt. Vnde etiam nos

cum

N. Donatiſtæ appellabant Cathedram Petri, Cathedrã peſtilentiæ. Berengarius Pontificem, Pompificem, Pulpificem. Valdẽſes, Purpuratam meretricem. VViclef ſinagogam Sathanæ. Luthero Caluiniſtæ, Antichriſti ſolium. Lib. 1. ep. 3. ad Cornelium Papam.

cum vnitatis Ecclesiæ defensore acerrimo B. Cypriano, hanc sine oppositione censuram apponimus. *Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut natæ sunt schismata quam indè, quòd Sacerdoti Dei non obtemperatur. Nec vnus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex, vice Christi cogitatur, cui secundum magisteria diuina*, nota, *obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersus sacerdotum collegium, quidquam moueret: nemo post iudicium diuinum, post suffragium populi, post consensũ Episcoporum, se iudicem faceret, non de Pontifice, sed de Deo: nemo cum scissura vnitatis diuideret Ecclesiam Christi: nemo sibi ipsi placens, ac superbus, separatim fabricaret nouam hæresin.*

CAPVT V.

AD Sacramentorum mutilationem, ab hæreticis nostris

fa,

factam, proximus nunc ſaltus eſſet: niſi tam ſanctam, noſtræque ſaluti neceſſariam materiam, iam tot diffuſis Sanctorum doctiſſimorumque hominum voluminibus exornatã, nefas mihi crederem paucis lineis, res maximas adumbrantibus, obſcurare magis, quàm explanare videri poſſe. Attamen quod ad penicillum noſtrum pertinet, monſtrabit ſicut in cæteris, ita & in his Luthero Caluiniſtas, nihil magis iniquitatis, quàm nouitatis produxiſſe; vt ſi credi ſibi velint pro antiquitate doctrinæ, cognoſcant etiã eiuſdem erroris lineamenta tantũ, ex obliteratis ſe renouaſſe.

Sacramentorum neceſſitatem, quia vtrumque hoc hæreticorum genus, vſu quidem approbare videtur. Baptiſmo ſcilicet, pro paruulis, ac infidelibus Eccleſiæ inſerendis: Pœnitentiæ, pro peccatis expurgandis: Euchariſtiæ, pro charitatis ſymbolo declarando: Ordinis, pro

Ec-

Ecclesię Ministris instituendis: Matrimonio, pro coniugij honestate conseruanda. Tamen, quia hæc eadem indecorè, ac irreuerenter, secundum priuata cuiuslibet loci, aut personarum placita, variè habent, atque administrant; magis ex tradita aliqua Apostolorũ consuetudine, ac lege, quàm ex præcepti Euangelici authoritate, propterea coarguendi, atque corrigẽdi sunt. Vt enim ad Sacramentorum institutionem recurrere necessum est, *Authorem Dominum Iesum deque Cælo ista venisse Ecclesia* cum D. Ambrosio agnoscit: ita cum aliter quàm iuxta traditam à maioribus doctrinam, ac modum docent, aut sentiunt, aut agunt, de his ipsis Sacramentis, priuati aliqui homines; non iniquè, pro nouatoribus reputari à cæteris, atque ab hac ipsa Ecclesia in ordinem cogi debent. Vetus quippe illud Apostolicum axioma: *Sic nos existimet homo,*

Lib. 4. de Sacramentis c. 4.

D Paulus ep. 1. ad Corint. c 4.

homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, à quibus rectius obseruari, aut successionis iure, securius peti possit, quàm ab his, qui se Apostolicæ authoritati succedere, facto ac iuri insistere, re ipsa præ alijs probant; sine cauillatione demonstrari mihi optarem: Eo maximè, quod Augustinum dicentem audio, *Ipsum Dominum, deinde Apostolicam disciplinā tradidisse Ecclesijs sacramenta*. Vbi itaque Ecclesia fuerit, ibi rectè secundum Apostolicam disciplinam, sacramenta ministrari; non vero sacramenta vbicunque extra eiusdem communionem ritè conferri, nec eorum participes finem vltimum habituros, vitam ac salutem æternam attestanti eidem Augustino credimus. *Quamquam omnia habeamus, & Euangelia, & Sacramenta, & dicamus Amen, & tamen in Ecclesia non sumus, saluari non possumus.*

Lib. 3. de doctrina Christ. c. 9.

Lib. 1. de Baptis. cap. 4. ac alijs varijs locis.

Quam-

Quamobrem cum binos illos Ecclesiæ latrones, Lutherum & Caluinum, diuersa voce ac facie, Christianæ religionis symbola, vsurpare conspicio; eadem illa lineamenta, quæ in anterioribus quibusdam hereticis obseruata fuére, recognosco: quibusdam nimirum quædam Sacramenta admittentibus, alijs sacramenta ipsa, virtute ac efficacia spoliantibus. Confirmationem quã vterque iste, & impugnauit, & inter suos sectarios sustulit, olim à Nouatianis reiectam fuisse, narrat Theodoretus. Quemadmodum & Pœnitentiæ Sacramentum, teste Epiphanio, & Augustino: quod nunc Caluinistæ, vt iugi impatientiores, excussisse se; Lutherani vero, sua modificatione suauius reddidisse, gloriantur: nisi vtrisque eadem laus manere dicatur, peccatorum vincula, ac frena dirupisse. Quomodo autem vtrumque hoc Sacramentum, ex Apostolica tra-

Lib. 3. de fabulis hæret. Hæres. 59. Hæres. 38.

ditione, apud veterem Ecclesiam Catholicam, semper in honore fuerit, atque à nostri sæculi Doctoribus, reiectis hæreticorum calumnijs, ac mendacijs strenuissimè defensum sit; Purpurato illi Ecclesiæ principi Bellarmino, euinciendum tutius committam; quàm paucis verbis, hæreticorum insolentem nugacitatẽ retundere præsumo. Ordinis, Matrimonij, ac Extremæ Vnctionis Sacramenta, qua ratione ijdem hęretici duo prima vsu probant, nomen ac virtutem detestantur, admirari potius libet, quàm irasci: eò maximè, quod in vtroque Veteris Ecclesiæ consuetudines, (vt vocant) non sacramenta imitando, reos se constituũt, aut malæ fidei esse quod faciunt, proquia ex suspecto illis authore prouenit; aut nihil magis operari, quã inter Turcas & gentiles Sacerdotiorum ac Matrimoniorum profanatio; quibus omnis gratia ac virtus

Lib. 4. de Pœnit. c. 3. & de Cõfirmat. l. 1.

tus deesse, ipsi mecum vt Christiani fateri non recusabunt. Vel nesciunt fortè, inter Christianos etiã olim quosdam Taudemi Sectatores, Ordinis Sacramentum nihil omnino esse asseruisse. Matrimonium sustulisse Encratitas; & Manichæos; quod falsò Ecclesiæ attribuũt, quia Cælibatum Ecclesiasticis præcipit, & in alijs laudat. Extremam Vnctionem detestatos fuisse Albigenses, & postmodũ Flagellantes, quos omnes quia iam olim fulmine Ecclesiæ ictos, Scriptores rerum gestarum narrant, minùs operæ pretio iudico, eorumdem cinerum collectores, multis argumentis de falsitate conuincere, atque condemnare. Sed vt de duobus illis Sacramentis, Baptismi nempe, ac Eucharistiæ, quæ vtrique in honore aliquo habent, aliquid addam; libet exquirere, qua ratione, horum sacramentorum legitimum vsum, nõ ex traditione Apostolica, ac Ec-

Supplement. Chronic. Sigeberti ad anno 1124

August. hæres. 33. & 46.

S. Antoninus 4. p. tit. 11. c. 7 Bernard. Lutzenburg. in catal. hæret.

clesiæ, sed pro nouitatis, ac erroris Spiritu, ex Scripturis se tantum accepisse, iniquissimè profitentur.

CAPVT VI.

BAptismi Sacramentum nemo Christianus, quantumcunque ab Ecclesiæ Catholicæ vnitate recessisset, præter Archonticos, seu Ascodritos quosdam, (quorum vix apud Epiphan. & Theodoret. memoria extat) firmiter negare vmquam ausus fuit; eò quòd Christi instituto ac exemplo sanctificatum, sacramentorum atque ipsius Ecclesiæ Christianæ ianua, agnoscatur. Quamobrē, singulare diuinæ prouidentiæ beneficium videtur, quod inter tot inferorum portas, quas hæreticorum pandit malignitas, ac pertinacia; hæc sola ianua, miseris infantibus pateat, qua per regenerationis lauacrum, & Christi, & Ecclesiæ membra effici queunt: dum

Hæres. 40. Lib. 1 de fabulis hæret.

atte-

attestante Augustino: *Non alia de causa, in Ecclesia festinatur, & curritur cum infantibus ad Baptismum, nisi quia constat, nullum esse aliud remedium*. Vnde, si inter omnes istos sæculi nostri gymnosofistas, adeò exactè, sacramentum hoc requiri, tamquam Christi Domini voce Apostolis commendatum, atque sub ęternæ salutis amissione ordinatum, intelligimus. Admirari satis non valeo, quomodo Apostolorum successionem perpetuam, tam in baptizandi, quàm docendi ministerio, ex eadem authoritate, vsque ad consumationem sęculi duraturam, non agnoscant? Deinde, quia interruptam potestatis eiusdē seriem, fateri coguntur, tam in Luthero monacho, quàm in Caluino Canonico simplici, Ecclesiæ Apostolicæ desertoribus; quibus nulla animarum cura vmquam commissa fuit: non iniquè, protestationem quamdam eruditi illius Erasmi imi-

Epist. 28. ad Hieron.

Matth. c. 28. Ioan. c. 3.

Eugenius Papa expressè prohibet Monachis sacramentorum administrationem.

tari deberent: [Agnoſco Ieſum Chriſtum, Lutherum non cognoſco, Eccleſiam quoque recognoſco. Certus ſis, quicumque fueris, quòd quidquid Sedi Romanæ repugnat, qualemcunque titulum habuerit, non deſcendiſſe ab Apoſtolis.] Vel ſi maioris, antiquioris, ſanctiorisque exempli authoritas placet, Hieronymum audiant, qui Apoſtolico ſucceſſori in Romana Sede Damaſo ſcribens, ita fidei ſuæ profeſſionem declarauit: *Ego neminem prius quàm Chriſtum ſequens, cum Beatitudine tua communico, hoc eſt cum Cathedra Sancti Petri, ſcio ſuper iſtam petram ædificatã eſſe Eccleſiam: quicumque extra hãc, agnum comederit, excommunicatus eſt; qui in archa Noe non fuerit, peribit tempore diluuij.*

Hinc diuinus ille Philoſophus Athenienſis, declarans quomodo omne Sacramentum Communionis nomen habet; meritò hanc ia-

Dionyſ. Areopag. 10. Hierarch. Eccleſ. cap. 1.

nuam

nuam Ecclesiæ Apostolicæ, non cuiusuis Sectæ, aut congregationis, propriam esse indigitat; sed ad vnicum Christi ouile ingressum pandere. Et cum Baptismum contra Donatistas Maximus ille Affricanus Doctor defendit: *Verum quidem Baptismum ab Hæreticis accipi asserit, sed fructum non nisi eo tempore, quo quis Ecclesiæ communioni, vnitus fuerit.* Item. *Præsumptionem esse diabolicam, eò deuenire, vt rumpatur communio, & facere sacrilegium Schismatis, aut hæresis, nimium opinionem suam amando, aut maioribus suis inuidendo. Vnus enim est Deus, vna fides, vnum baptisma, vna incorrupta Ecclesia Catholica: non in qua sola, vnus Deus colitur; nec in qua fides retinetur; nec in qua sola vnus baptismus habetur; sed in qua sola, vnus Baptismus salubriter habetur.* Agnosce igitur characterem tuum quisquis es Christiane; vt cum te sacratissimi lateris Christi vndis, ab

S. August. l. 1. c. 9. & seqq. item lib. de vnico Bapt. contra Petrū & ep. 23.

originalis culpæ macula mundatũ in Baptiſmo memineris; recogites etiam, non niſi per vnicum illud velut oſtium, ad corporis eius ſocietatem aditum patere: ideoque, neque Lutherum, neque Caluinũ, neque alios quoſcumque ab antiqua & Catholica corporis Chriſti ſocietate exeuntes, Sacramenti eius vltimo effectu, niſi ad vnionem redierint, poſſe gaudere, aut frui. Nam vt cum Sancto Fulgentio loquar: *Firmiſſime tene, & nullatenus dubites, non ſolũ Paganos, & Iudæos, ſed etiam hæreticos, & ſchiſmaticos, qui extra Eccleſiam Catholicam præſentem vitam finiunt, in ignem æternum ituros.* Item. *Omnem hæreticum, & ſchiſmaticum, baptiZatum in nomine Patris & Filij & Spiritus Sãcti, niſi ante finem vitæ, Eccleſiæ Catholicæ reunitus fuerit, quaſcunque elemoſinas præſtiterit, imò, & ſanguinem pro Chriſti nomine effuderit, nullatenus ſalutem animæ obtenturum,*

De fide ad Petrum c. 38. & 39.

& re-

& reliqua. *Christianus enim mihi nomen est* (inquit Pacianus) *Catholicus vero cognomen: illud me nuncupat, istud ostendit.*

In ep ad sim pron.

Quo autem præ cæteris argumentis patere valeat, salutis hunc fontem, fundi tantum Ecclesiæ Apostolicæ proprium esse; ponderare maximopere cõuenit, quòd cum mysteria religionis ac doctrinæ suæ, ipse Saluator Apostolis cõmendat; primum docendi, mox baptizandi ordinem eis disposuit; ne Sacramentum, quod nouitate singulare, virtute incomprehensibile, salutis portam humano generi panderet; ab alijs conferretur, quã quibus ipse potestatem ac scientiã tribuisset, veram fidei doctrinam, atque viuendi præcepta promulgandi. *Ordo præcipuus:* inquit D. Hieronymus, *iussit Apostolis, vt primum docerent omnes gentes, deinde fidei intingerent Sacramento: & post fidem, ac Baptisma, quæ essent ob-*

Matth.c.28.

Lib.4. Comment in Matth. in fine.

seruanda præciperent, &c. quem lege. Sic etenim, in prima Ecclesiæ infantia obseruatum fuisse, ex historijs obseruamus; vt qui ad fidei Catholicæ, adeòque Christiani nominis professionem admitti præoptarent; prius Christianæ fidei rudimentis imbuendi, velut in limine, priusquam ad ianuam Baptismi admitti possent, detinerentur. Hinc Alcuinus *Paganus*, inquit, *fit Cathecumenus*, quia illos sic à cathechizando vocabant veteres, sicuti etiã *Audientes*, siue *Auditores*, cum nihil aliud essent, quàm tyrones fidei Christianæ. Hinc paruulos etiam instrui mos; immò infantes nisi in necessitatis casu baptizari debere, antiqui aliquot Patres Ecclesiæ Affricanæ, sensisse reperiuntur. Nam vt ex Tertulliano loquar: *Pro cuiusque personæ conditione, ac dispositione, etiam ætate cunctatio Baptismi vtilior est: præcipue tamen paruulos: quid enim necesse est, si non tam necesse,*

Lib. de Baptis.

cesse, sponsores etiam periculo ingeri? Et paulo post: *Ait quidem Dominus, nolite eos prohibere ad me venire. Veniant ergo dum adolescunt, veniant dum discunt; dum quò veniant docẽtur: fiant Christiani, quum Christum nosse potuerint.*

Quod quidem vltimum paradoxum, quamquam aliorum Patrum, maximè ipsius Ecclesiæ doctrina, & vsus emendarit, atque sustulerit; tamen, quantum recta de fide suscepta doctrina, ac instructio, ad verum Christianum ac Catholicũ constituendum requiratur, atque necessaria sit; ipsa adhuc, tum Catholicorum, tum etiam hæreticorum in adhibendis testibus, quos & *Sponsores* in infantibus, *Susceptores* in adultis propriè vocamus, obseruatio, satis superque indicare videtur: quemadmodum & alia multa, quæ in nascentis Ecclesiæ illius principio, circa Baptismi cæremonias, diu obseruata, postmodum cre-

Vide Pamelium in annot. super Synod. Affricã. Cypriani n. 5. & ad lib. Tertull. de Baptis.

crescente auctaque eadem Ecclesia abolita, aut correcta fuerunt. Non ne singulari mysterio, à Sanctis antiquis obseruatum est; Petrum Apostolum, primum Christianorum cętum, de fidei mysterijs cathechizantem, atque instruentem, ita docuisse? *Pœnitentiam agite & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus Sancti.* Subdit vero sacer historicus: *qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt: & oppositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia.* Cuius certè facti exquisitam rationem, ab antiquis illis Ecclesiæ doctoribus, considerатè exquirendo; primũ de his agentem Tertullianum legimus: *Primus*, inquit, *in Christi Baptismo, Petrus reserauit aditum cælestis regni:* haud alio fundamento, quàm vt explicauit Chrysostomus: *Petrus agit causam omnium, primus verbũ Dei prædicat,*

Actuum c. 2. n. 38.

num. 41.

Lib. de pudicitia.

Homil. 3. ad populũ Antioch.

dicat,

dicat, qui primus est omnium, & Prophetarum testimonijs, de Spiritus Sãcti futura missione, testimonia profert, docetque eadem tunc fuisse impleta. Quin immò, dum adhuc ipse Dominus noster Iesus Christus, Ecclesiam suam plantaret, atque irrigaret; apud Ioannem legitur, Principem illum Iudæorum, de hoc Baptismatis mysterio, prius edocuisse, posteaque baptizandi opus à se inchoatum, per suos perfecisse: quẽadmodum ex citato Apostolo, & Euangelista, omnes æque affirmãt. Cap. 3. & 4.

Vnde non adeo mihi absurdum visum fuit, Affricanos illos Patres, adeò strenuos vnitatis Ecclesiæ defensores, ac zelatores, Baptismum ab hæreticis collatum, in dubium vocasse; ita vt prædictus Tertullianus, ante omnem hæresin, in libro de Baptismo citato, atque ante Africanum primum Concilium, contra hęreticorum Baptismum, quinquaginta annis conscripto, cum Tertull. lib. de Baptis. August. ep. 108. Niceph. l. 2. hist. c. 3.

Epi-

Episcopis coetaneis ita senserit: *Hæretici autem nullum habent consortiũ nostræ disciplinæ, quos extraneos vtique testatur, ipsa ademptio communicationis*. Vel vt post ipsum Cyprianus clarius exposuit: *Cum autem natiuitas Christianorum in Baptismo fit, Baptismi autem generatio, & sanctificatio, apud solam sponsam Christi fit, quæ parere spiritaliter, & generare filios Deo possit; vbi, & ex qua, & cui natus est, qui filius Ecclesiæ non est, vt habere quis possit Deũ Patrem, ante Ecclesiam Matrem*. Et ne singula percenseam, quę tum Cypriani Epistolis, tum Concilij præfati Carthaginensis, 82. Episcoporum sententijs, decreta legũtur; cum non semel Augustinus, hos eosdem Patres non emissuros fuisse decretum tam generale aduersus hæreticorum Baptismum, si aliquid aliquo Concilio plenario definitum fuisset aduerterit. Sufficit tamen nobis, id ex omni histo-

Vide Concil. Trident. sess. 5. de peccato origin. can. 4 & sess. 7. de baptis. can. 4.

ria

ria veteris Ecclesiæ constare; quod quicquid integri, aut validi habent in Baptismo hæretici, id omne ab Ecclesiæ Catholicæ doctrina, ac traditione, seu deffinitione promanauit: aliàs neque infantes legitimè, neque apud quoscunque Christianos baptizatos, ad Catholicam communionem, sine rebaptizatione admitti: hac videlicet animaduersione, quod non hæreticorum sit sacramentum, sed Ecclesiæ: *Cum solemne semper fuerit* (vt loquitur Tertullianus loco prædicto) *fidem in Patre, Filio, & Spiritu sancto, adiecta necessario Ecclesiæ mentione.*

Belarm. to. 2. controuers. l. 1. de sacram. bapt c. 8. & lib. 1 de sacram. in Gen. c. 26.

Tanti itaque interest, vt Christianus quisque adultus, eius corporis membrum sit, eius matris filius, quæ cum prædicta fide Apostolorum, tamquā proprio ac materno lacte nutrit; adulteras alias, venenaque propinantes nouercas Ecclesias, seu Synagogas potius, tam generantes, quàm lactantes ab-

Lib.3.de baptis. c. 14. & lib.4. contra Donat.

abhorret, atque detestatur. *Fieri enim potest vt homo integrum habeat Sacramentum*, quemadmodum Augustinus loquitur, *& peruersam fidem; sicuti fieri potest, vt integra teneat verba Symboli, & tamen non rectè credat*. Quamobrem non immerito exclamabo cum Affricanis illis Patribus, ex regio Propheta: *Odiui Ecclesiam malignantium, & cū impijs non sedebo: de hac autem Ecclesia, quæ fidem Christi integram seruat, audi quid dicat Spiritus Sanctus; vnica est columba mea &c.* Et quia hanc eandem causam, contra Donatistas sui temporis agentem, Baptismumque Ecclesiæ copiosissimè defendentem, Doctorem eundem fidelius consulere potest lector; aduertat maximè, de qua Ecclesia, has lineas ducat Catholicus vir: *Intra istam aream boni, & mali esse possunt, extra eam boni esse non possunt; quisquis ab hac vnitate, vento superbiæ tamquam sola palea separatur,*

Psal. 25.

August. to.7. lib. de vnico baptismo.

ratur, areæ Dominicæ propter cõmixtam paleam quid calumniatur?

Quid autem in Doctrina adeò celebri, testimonia antiquitatis cõquirimus? Cum Christiani, tam Orientalis, quam Occidentalis Ecclesiæ, in vtroque, & paruulorum, & hæreticorum Baptismo, adhuc hodie conspirant; eò videlicet indigitantes, ad ouile Christi vnicum tantum ostium patere: licet plurimi istorum Orientalium, tam pertinacia, quàm ignorantia, vocem vnius pastoris non sequendo, ideò dispersos, atque diuisos se, lupis rapacibus expositos fuisse, quamuis serò, Deo tamen fauente, agnoscēt aliquando. Vnum autem, quod mihi ab alicuius apud Græcos scientiæ viris assertum fuit, hic præterire non possum: ipsos transeuntes ad se Armenos, (quod tamen raró ob vtriusque nationis, ac Sectæ odium contingere crediderim) rebaptizare, eò quòd, ad vnamquam-

que ex tribus immerſionibus vicẽ, repetant trium perſonarum mentionem: quaſi irritũ iudicent Gręci, id, quod Armeni,non ex errore aliquo formali circa diuinam eſſentiam, aut perſonas; ſed materiali, circa deuotionis falſitatem, contra cæterorum Chriſtianorum conſuetudinem receptam, perperã agunt. De his denique, qui ſe Iordani vndis immergere ſolent, quando in Paſchate, à peregrinis diuerſarum nationum, flumen iſtud inuiſitur, non eſt quod errorem aliquem in intellectu circa ſupplẽdum Baptiſmum à Miniſtro,qui non habuiſſet intentionem, præſumam: quamquam multi id verbis, mente tamẽ deuotionem aquis ſe tingendi,quæ Saluatoris membra tetigerunt,præſeferant magis: dum in cætero inter omnes conſtet, Eccleſiam Chriſti Vnicam, ſicut de vna fide, ita & de vnico Baptiſmate ſemper gloriari, ſibique omnes hoc Sacramẽ-

to

to vbicumque terrarum initiatos, atque Christi charactere signatos, iure Dominij contra vsurpatores, ac rebelles, meritò vindicare. *Omnes enim vos*, iuxta Apostolicã Doctrinam, *in vno Spiritu, in vnum corpus baptizati estis*. Ita vt necessario quidem, certam atque vtilem quandam obseruationem, ex maximo doctore nostro, pro coronide accipiant: *Illi vero, qui per ignorãtiam ibi baptizantur*, hoc est apud hæreticos *arbitrantes ipsam esse Ecclesiam Christi, in istorum*, videlicet, qui scienter ad eos transeunt, *quidem comparatione minus peccant, sacrilegio tamen Schismatis vulnerantur, non ideo non grauiter, quòd alij grauius*.

D. Paulus 1. ad Corinth. c. 12.

D. August. de bapt. contra Donat. lib. 1. c. 5.

CAPVT VII.

TRanseo ad Augustissimam, omniumque Sacramentorũ venerabilissimum Eucharistiæ Sa-

cramentum. quod cum adeo indignè, à duabus illis Sectis tractari conſpicio; dubito non immeritò, an vtrique par temeritas propoſita fuerit, Chriſti è terris cultum extirpare: an clarius vllum Catholicis indicum demonſtratiuum relinqui potuit; Chriſtum Sponſum, ſolam Eccleſiam Sponſam ſuam, iugiter adeò dilexiſſe, vt illi Soli, tam certum pignus amoris, ac honoris ſui ſecurius commendaret.

Cantic. 6. n. 8. *Vnica enim eſt columba mea perfecta mea, vna eſt matri ſuæ, electa genetrici ſuæ. Viderunt eam filiæ, ac beatiſſimam prædicauerunt: Reginæ & concubinæ & laudauerunt eam.* Vnde, *vt arctius*, (ex Diuo Thoma

In opuſculis 57. loquor) *huius charitatis immenſitas, fidelium cordibus infigeretur; in vltima cœna, quando Paſcha cum diſcipulis celebrato, tranſiturus erat de hoc mundo ad Patrem, hoc ſacramentum inſtituit, tamquam paſſionis ſuæ memoriale perenne, figurarum omnium* im-

impletiuum, miraculorum ab ipso factorum maximum: & de sua contristatis absentia, solatium singulare reliquit: quocumque itaque modo, perpetuæ fidelium Ecclesiæ, nunc visibiliter, nunc in figuris, Deus semper adfuit; tamen neque est, aut fuit aliquando tam grandis natio, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis Deus noster. Vnigenitus siquidem Dei filius, suæ diuinitatis volens nos esse participes, naturam nostram assumpsit; vt homines Deos faceret factus homo. Et vt tanti beneficij iugis in nobis maneret memoria, corpus suum in cibum, & sanguinem suum in potum, sub specie panis, & vini sumendum fidelibus reliquit. Quomodo autem primitiuæ illius Ecclesiæ zelus, tam in frequentando, quàm in celebrando, supremi huius religionis nostrę mysterij beneficia, defecerit adeò, in vltimis sæculi præsentis periodis; non aliã mihi efficaciorem reddi posse ra-

tionem persuadeo; ea quam prædixit Christus Dominus, post Pseudoprophetarum, qui venturi erāt, annunciationem: nempe. *Quoniā abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum; qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.*

Matth. c.24.

Videant nunc Lutherus, & Caluinus, cum cætera Sacramentariorum turba; anne postquam Charitatis vinculum, Ecclesiæ videlicet Vnio ab eis disrupta fuit, creuerit adeò iniquitas apud sectarios eorū, vt dum sæuissimis inter se contentionibus digladiantur: *Quomodo Christus potest nobis carnem suam dare ad manducandum?* Omnem simul etiam pietatem, & religionē, manifestissimè exulare faciant, atque profligant. Non mei thematis est, thesaurū hunc diuinæ gratiæ, Ecclesiæ Catholicæ commissū custodiæ; aut argumentorum propugnare telis, aut verborum componere phaleris. *En lectulum Salamo-*

Ioan. c.6.

Canticor. 1.

monis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Quàmplurimi enim sunt, qui & veritatem & maiestatem, & Spiritum, & Vitam Sacramenti huius diuinissimi, tam contra insultantes & rebelles hostes Ecclesiæ defenderũt; quàm pro fidelibus, ac deuotis animabus, suaui atque admirabili modo explicarunt. Mihi concessum arbitror, dum alta nequaquã præsumo, ex his, quæ vsu & lectione didici, irreuerentiam & impietatem, & Lutheranorum & Caluinistarum obseruare, atque arguere: vt si veritatis, atque pietatis inquoquam sensus est, is confusione, atque resipiscentia tangatur: Ecclesiamque Sacramenti huius sacrarium facilius agnoscat.

Imprimis itaque, Sanctum illum Pictauorum Episcopum, omnium humanarum rationũ argutias confundentem, & attentè audire, & piè

exponere, omnes istos tum Caphernaitas, tum incredulos, quàm auidissimè exoptarem; quò & odij quo se inuicem proscindunt, & obscuræ nubis, quā candidissimo huic Cælo obduxerunt, causa omnino tollatur. Quippe strenuissimus ille Doctor: *Non est*, inquit, *humano aut sæculi sensu in Dei rebus loquendum. Quæ scripta sunt, legamus: & quæ legerimus, intelligamus; & tunc perfectæ fidei officio fungemur. De naturali enim in nobis Christi veritate, quæ dicimus, nisi ab eo discimus, stultè atque impiè dicimus. Ipse enim ait:* Caro mea verè est esca, & sanguis meus verè est potus: qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Et quod pondus causæ nostræ addit, hæreticisque omnibus os obturat, hæc subiungit. *De veritate carnis & sanguinis, non relictus est ambigendi locus. Nunc enim & ipsius Domini professione, & fide nostra, verè caro est,*

D Hilar. l.8. de Trinit. ante med.

&

& vere sanguis est. Disputent itaque, atque plus quàm Vatiniano odio inter se contendant, tam Lutherani molles ac rigidi, Vbiquetarij ac impanatores; quàm Metonomici Caluinistæ, ac Spirituales Sacramentarij: quomodo, aut qua ratione, in hoc admirabili Sacramento, Christus se Ecclesiæ dedit, cùm integrum se, & non delusoriè, sed verè, ac realiter dedit: quod vt Ecclesia commodius ac clarius explicaret; fidem totius antiquitatis, *Transubstantiationis* verbo declarauit. Non miror equidem, dubium quoddam, aliquot sæculis ante Berengarium Andegauẽsem, (qui anno millesimo quinquagesimo, errores de præsentia corporis Christi, primus apertè defendit, ac propagauit,) numquam fuisse latè sparsum: eò quod fidei, ac charitatis primitiuæ reliquiæ, adhuc in Christianorum cordibus remanerent: Nec dum prophetia quædam Scri- In Concilio Lateran. sub Innocen III. anno 1215.

pru-

pturarum, ad complementum per-
Ioan. cap. 20. n. 7. uenisset: *Et cum consumati sunt mille anni* (ex Apocalypsi Secretarij Christi loquor) *soluetur Sathanas de carcere suo, & exibit, & seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris*. Quod ipsum, an adæquatè, de Sacramentariorū istorum Antesignano, cæterisque qui aliqua serie ipsum secuti sunt intelligi, aut pronunciari possit: non solum opinioni variorum Doctorum, sed ipsæ etiam Veritati, præsentis sæculi confusionem ac bella inter hæreticos, in Eucharistiæ causa manifestanti, approbandum relinquo.

Vide Belarm. to. 3. controuers. 3. lib. 1. cap. 1. Nam vt ex historijs constat, sequentibus millesimum illum sæculis, semper aliquos Sathanas excitauit, qui vt Christi in terris regnū turbarent, & fideles in errorem inducerent, præcipuum hoc charitatis

tatis suæ donum, omni vi & astutia impugnare aggressi sunt. Ecclesia vero, ne inter tot malignantium atque inter se pugnantium fluctus, mens fidelium fluctuare deberet, nihil securius, nihilque clarius, quã testamento, his amoris verbis adeo expressis à Christo Domino accepto: *Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus*, iuxta suum litteralem sensum, constanter atque sine glossa inhærendum, à Spiritu Sancto recta iudicauit. Ita vt mihi multoties recogitanti incredulam illam hæreticorum ambiguitatem, quomodo aut voluit, aut potuit se Saluator Noster, in hoc Sacramento dare; nihil euidentius contingat colligere, quàm ipsos, quacunque ratione extra Catholicum sensum id factum fuisse asserant; aut voluntatis superabundantiam, aut potestatis immensitatem, impia doctrina pernegare. Vnde ne ego etiam contra Apostoli monitum, &

cum

cum insipidis, ac insipientibus istis, videar in venerando isto magis quã scrutando Sacramento, *Plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem:* cum Ecclesiæ doctore doctissimo pariter ac sanctissimo, paucis lineis, veritatem explicatã, atque depictam, in Ecclesia humiliter credo, ac confiteor. *Ergo sermo Christi hoc conficit Sacramentum: quis sermo Christi, nempe is quo facta sunt omnia &c.* & sequitur. *Si ergo tanta vis est in sermone Domini Iesu, vt inciperent esse quæ non erant: quãto magis operatorius est, vt quæ erant in aliud commutentur &c.* & sequitur. *Ergo tibi vt respondeam, non erat Corpus Christi ante consecrationem: sed post consecrationem dico tibi, quod iam corpus est Christi: ipse dixit, & factum est: ipse mandauit, & creatum est.*

Rom. c 12.

D. Ambros. l.4. de Sacrament. c.4.

Hac itaque veritate præmissa, atque tam Orientalis, quàm Occidentalis Ecclesiæ constanti consen-

ſenſu recepta; facile eſt perſpicere, quàm parum referat ad turbãdam Catholicam mentem, immò quanto magis corroborare eandem poteſt, hæreticorum Europæ noſtræ contradictio: dum qui longius à Veritatis corporis Chriſti confeſſione recedunt, longius etiam ab omni cultu chriſtiano, qui Chriſto in terris dari poteſt, ac debet, abire intelligantur. Reddant quippe rationem Caluiniſtæ, non Chriſtianis, neque Catholicis; ſed Turcis atque alijs infidelibus; quibus, cum Dei Omnipotentis, Creatoris Vniuerſi cognitio, atque reuerentia; non ſolum mentis, ac animi internum cultum perſuadeant; ſed externum aliquem corporis, atque bonorum, prioris indicem: Quomodo inquam ipſi Deum ſuum, quem in redemptionis beneficio admirabiliorem agnoſcunt, diſtincto aliquo atque excellentiori, quã prædicti iſti modo, præſentem colant,

lant, atque adorent in terris. Nam ſi templa demonſtrant, in his tam numero, quàm magnificentia vincuntur, maximè in ijs, quæ poſt heresin ſuam, atque ab Eccleſia Catholica receſſum, alicubi conſtructa fuere. Si Sacerdotia, vel miniſtros Eccleſiaſtici cultus, fortè in libertate, ac exercitio pares, in priuilegijs, atque honore inferiores, inuenientur. Si pignora ſalutis æternæ, Sacramenta videlicet, quæ ſolùm apud Chriſtianos depoſita remanere fatemur: diuerſa ſe, atque à maiori, & antiquiori Chriſtianorum cętu ſeparata detinere, ſeipſos coarguent: Chriſtum verò, quē & Hęretici, & Turcæ ſuo modo cognoſcunt, nulla niſi ordinaria diuinitatis præſentia, habere ſe propinquum, & fide, & cultu profiteri videntur. Vnde, cum templa ſacramentali Chriſti præſentia ſpoliata; ipſum Euchariſtiæ diuiniſſimum myſterium, vulgaris menſæ apparatu

ratu

ratu celebrari; Ministros diuini cultus, domus suæ ac prolis magis sollicitos, quàm altari fideliter ac sanctè inseruientes; cætera cuncta, non authoritate legum constanti, ab Apostolis descendente; sed à quolibet priuato homine pro libitu conficta, diuersimodè administrari deprehenderit: Quis vmquam dubitabit asserere, & ipsos à Christi cultu longius recessisse, & Christum apud hos verius, atque euidentius coli, qui non mente sola, sed vt ipse ait: *In Spiritu, & Veritate*, adorant eum: non secundũ nuper inuentam, sed secundum traditam, non separatim, & per conuenticula, quibus suũ singulis Magister nomen reliquit; sed in communi quodam, ac notissimo omnibus cętu, capite ac membris, ordine sibi ac decore perpetuo connexo. Ioan. cap. 4. n. 23.

Hinc euenit vt cũm huic nostræ Redemptionis sanctissimo Sacramen-

imento, apud Catholicos tam Oc-
cidentales, quàm Orientales licet
ſchiſmaticos, ſumma atque ſolem-
nis veneratio, & cultus, in ſacratiſ-
ſimo Miſſæ ſacrificio iugiter defera-
tur; haud immeritò omnibus Chri-
ſtianis, euidentius nullum religio-
nis veræ Symbolum conſtare po-
teſt, quo, à cæteris cunctis, tam ſu-
perſtitioſis cultibus, quàm hæreti-
corũ ſectis, diſtingui valeant; quàm
hoc ipſum, *in quo Chriſtus ſumitur,
recolitur memoria paſſionis eius.* Quip
pe quemadmodũ omnipotẽs Deus,
à prima hominis creatione, diuinæ
Maieſtatis ſuæ cultum, viſibili ali-
quo atque eminenti ſigno, inter
veros ſui cultores conſeruare, at-
que propagare non deſtitit: ita à
primo illo innocentiſſimo Abelis
ſacrificio, tot alijs, tam in naturæ,
quàm ſcriptæ legis ſtatu oblatis,
atque præceptis, vſque ad vnicè ve-
rum, ac perfectiſſimum hoc, à Chri-
ſto filio ſuo vnigenito peractum,
iugi-

iugiter fidelium mentes, vero ſuo & acceptabili cultui habuit intentos. Non libet huius aſſertionis, longum ex ſcripturis cathalogum texere; quod ab innumeris Eccleſiæ doctoribus doctiſſimè præſtitū eſt: neque ſacrificium Miſſæ, vnicum Chriſtianorum eſſe ſacrificiū, authoritate antiquitatis, ac conſenſu Chriſtianorum, probandum aſſumere. Ratione tantum ſimpliciori, Rationabiles Dei cultores cōmonefacere optarem; vt in quibus humanis actibus, maior Deo honor deferri poſſit, quàm in hoc Chriſti apud Eccleſiam depoſito, conſideratius perſpiciant; quo ſic, non modo legitimum, ſed planè neceſſarium Miſſæ vſum, ab hæreticis abolitum, ac impugnatum, ſuper omnia, verum præſtantiſſimumque Dei cultum eſſe agnoſcant.

Vide Gabriel Biel lect. 85. in canone Miſſæ.

Miſſa Hebraicum vocabulum ſignificans oblationem, quæ fit ſuperiori Domino ait Melanchton. Reuchlinus l. 2. Rudiment. D. Hieronymus, & alij Patres Miſſa. Sacrificium. oblationem cum 70. verterunt.

CAPVT VIII.

NEmini quamuis in historijs mediocriter versato ignotū esse existimo, quàm congruum naturali principio, omnes gentes cultum Deo dedere, sacrificiorum externo ritu; ita vt præcipuè *sacrificandi* nomen, ex hoc actu denominando, constans omnino maneat, religionem Christianam, omnium verissimam, ac sanctissimā, eo præcipue indigere. *Quis verò* (inquit Doctor admirabilis) *sacrificandum censuit, nisi ei, quem Deum, aut sciuit, aut putauit, aut finxit? quam porrò antiquus sit in sacrificando Deo cultus, duo illi fratres Cain, & Abel satis indicant &c.* Hinc est, quòd innato illo naturæ principio, sacrificandi Deo cultus, apud gentes vniuersas receptus, apud fidelem Israeliticum populum, diuina authoritate ritè præceptus, atque ordinatus, hunc, quem Catholicus populus recolit, longa figurarum se-

Lib. 17. c. 20.

rie

nie expressit; quemadmodum clarissimè idem Doctor his verbis declarauit: *Mensa quam Sacerdos noui testamenti exhibet, de corpore, & sanguine suo est; idest enim sacrificium, quod omnibus sacrificijs successit, quæ immolabantur in vmbra futuri. Propter quod etiam agnoscimus vocem illam in Psalmo* 39. *eiusdem Mediatoris, Corpus autem aptasti mihi: quia pro illis omnibus sacrificijs, & oblationibus, corpus eius offertur, & participantibus ministratur.* Quãobrem, dum aliud nullum diuini cultus magis expressiuum signum inueniri contingat; miror sanè, qua temeritate, Christianam religionem, Missæ sacrificio, Christi cruenta oblatione, Apostolorum vero, & Ecclesiæ Catholicæ perpetua celebratione stabilito, priuare, & inter cæteras omnes, velut obscuram reddere, neoterici doctores Apostatæ præsumpserunt.

Examinent quæso semetipsos, an

prædicationum frequentia; an cō-fitentium confusione; an cœnæ, aut signorum Eucharistici Sacramenti exhibitione, Dei omnipotentis honorem, Saluatorisque Christi memoriam, efficacius promouerint; quàm Ecclesia, quæ à Christo edocta, per Apostolorum manus traditum hoc passionis Christi perpetuū memoriale, fidelibus filijs suis dignè commendat, atque exhibet; *Christus enim*, (docente Irenæo) *noui* Lib. 4. c 32. *testamenti, nouam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens, in vniuerso Mundo offert Deo, ei, qui alimenta nobis præstat, primitias suorum munerum in nouo testamento, de quo in Prophetis Malachias sic præsignificauit: non est mihi voluntas in vobis dicit Dominus omnipotens, & sacrificium non accipiam de manibus vestris: quoniam ab ortu Solis vsque ad occasum, nomen meum glorificatur inter gentes, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & sacrificium*

pu.

purum. Quoniam nomen meum magnum est in gentibus, dicit Dominus Omnipotens. manifestissime significans per hæc, quoniam prior quidem populus cessabit offerre Deo: omni autem loco sacrificium offertur ei, & hoc purum: nomen autem eius glorificatur in gentibus. Sed quo de vtriusque sacrificij paritate, tum Christi in vltima Cœna oblati, atque in Cruce perfecti; tum Ecclesiæ, quod numquam offerre intermisit, aut intermittet, clarius aliquid intelligamus, præ innumeris Cyprianum legamus. *Si Iesus Christus*, ait, *Dominus, & Deus noster, ipse est summus Sacerdos Dei Patris, & sacrificium Deo Patri ipse primus obtulit, & hoc fieri in sui commemorationem præcipit; vtique ille Sacerdos, vice Christi vere fungitur, qui id quod Christus fecit, imitatur: & sacrificiũ verum, & plenum, tunc offert in Ecclesia Deo Patri, si sic incipiat offerre, secundum quod ipsum Christum vi-* Epist. 63. ad Cecilium.

omnium externorum cultuũ Christo Domino exhibitorum, maximã hanc esse sacrificij huius maiestatẽ: adeò vt hac sublata, orationum aut quarumlibet aliarum sacrarum functionum ritu, religio nostra, vix ab alijs falsis diuini numinis cultibus, distingui satis superque poterit. Et quamuis per tot diuersa sæcula, omnes istæ nationes diuina permissione, humanaque instigante ambitione, à consensu vniuersalis Ecclesiæ, sæpius in multis recesserint, atque adhuc in Schismatis crimine perseuerent. Tamen numquam eò temeritatis, ac dementiæ processisse reperiuntur; vt in hoc, quo Christiana fides maximè excellit, atque præcipuè religatur: sacrilegium aliquod committere præsũpserint. Quippe quod perpetuo duraturum, spiritus Prophetarum in antiquis sæculis prædixerat, idẽque vt in sui memoriam facerent, Sacerdos & hostia Christus Domi-

nus

nus Apostolis præceperat: id profectò tamquam vnicum, ac præcipuum Dei cultum, è Christiano fidelium cętu tollere; omne schisma, omnis hęresis (præter Caluinistas, aut qui his proximi sunt impietate) semper abhorruit. Vnde, vt cum deuotissimo Doctore nostro, sacrificij huius excellentiã, & caussam, & modum, paucis, sed grauissimis verbis efficacius exprimamus. *Verus ille Mediator, in quantum formam Serui accipiens, Mediator effectus est Dei, & hominum, homo Christus Iesus: cum in forma Dei sacrificium cum Patre sumat: cum quo & vnus est Deus. Tamen in forma serui, sacrificium maluit esse, quàm sumere; ne vel hac occasione quisquam existimaret, cuilibet sacrificandum esse creaturæ; per hoc, & Sacerdos est, ipse offerens, ipse & oblatio. Cuius rei sacramẽtum quotidianum esse voluit Ecclesiæ sacrificium: cum ipsius corporis ipse sit caput: & ipsius capitis* August. l. 10. de Ciuit. Dei c. 20.

ipsa

ipsa sit corpus: tam ipsa per ipsum, quàm ipse per ipsam suetus offerri. Huius veri sacrificij multiplicia variaque signa erant sacrificia prisca Sanctorum; cum hoc vnum per multa figuraretur, tamquam verbis multis res vna diceretur, vt sine fastidio multum commendaretur: huic summo, veroque sacrificio, cuncta sacrificia falsa cesserunt. En Ecclesiæ Catholicæ summam, præcipuamque λειτουργίαν, i. e. Sacrũ munus & publicum ministerium Apostolis eorumque discipulis notam, atque vsitatam. En hæreticorum maximam, notissimamque confusionem, dum ista, Deum diuina oblatione colens, eique sacrificans, hoc vnico, & honorarium quod Græci λατρευτικὸν, & ἱλαστικὸν seu expiatorium, & ἐπιτευκτικὸν seu impetratorium, & εὐχαριστικὸν, seu gratiarum actionis sacrificium, plenissimè absoluit: illi autem nullo insigni, aut conspicuo religionis actu, fidei Christianę myste-

Vide Iustin. Martyrem Orat. ad Anton. pium August. p. f.

Ignatiũ epist. 9. & 10.

ſteria, aut diuinæ Maieſtatis ſupremum cultum, exprimere intelliguntur.

Non libet ſcrutari multiplices, variaſque Sapientum, Sanctorumque hominũ conſiderationes; quibus myſticum hoc & altiſſimum religionis noſtræ ſacramentum, mentes humanas in Deum eleuare agnouerunt; per hos enim gradus, pij Catholici quotidie ad Deum aſcendunt, Deuſque ad eos deſcendit. Hæreticos tantùm, curioſa aliqua interrogatione examinare liberet, in quo profeſſionis ſuæ publico miniſterio, aut Chriſtum Deum maximè honorant, aut Chriſti Redemptoris maximum beneficium, paſſionem ſcilicet eius, ſpeciali memoria ſingulariter recolunt? Si enim Cœnam Dominicam Caluiniſtæ; Altaris ſacramentũ Lutherani, pro memoriali ſe habere exclamant; videlicet ex præcepto Chriſti: *Hoc facite in meam commemorationem.* Ep. 1. ad Corinth. cap. 11. n. 24.

Vi-

Videant quæſo, ne cum prima illis Eccleſiæ lineamenta detraxerint, paulatim etiã paſſionis Chriſti memoria expuncta, nudis tantum elementis, non Sacramenta, ſed ſacrilegia peragant; dum Chriſtum Deũ cognoſcentes, non ſicut Deum colunt, aut glorificant.

CAPVT IX.

ET ne prædicta, temerè ſine aliquo exemplo tetigiſſe videamur, Græcorum ἀρτολατρείαν, quã in diuino altaris ſacrificio ignoranter æquè, ac pertinaciter committunt, hæreticis noſtri temporis expendendam proponemus; quò & impietatis ſuæ, qua omnem huic Sacramento cultum detrahunt coarguantur, & falſitatis, qua Catholicos idolatriæ accuſant, manifeſtius conuincantur. Tantum enim prodeſt Eccleſiæ veritati, tàm hæreticorum, quàm Schiſmaticorum error,

ror,

ror, & contradictio. Cum enim inter Græcos diuinum hoc altaris ſacrificium, ac Sacramentum, ſummo cum apparatu, ac honore (vt ipſi de ritu ſuo credunt, quamquã Latinus nitor, ac ordo, ipſis etiam liuore pertinacibus, aſſenſum, ac imitationem in multis, quotidie extorqueat) peragi conſueuerit; in translatione oblatorum, ab altari minori ad maius, (quam Græci μεγαλίω εἴσοδον, ſeu magnam introductionem appellant) populus panem & vinum, benedictum quidem precationibus Sacerdotum, non dum vero conſecratum dominicis verbis; demiſſa inclinatione, ac proſtratione, tamquam Cælorũ regem ibi præſentem cultu λατρεία adorat, atque alloquitur. quod licet Græcorum φιλοδόξοτατος, varijs interpretationibus religioſi cultus, excuſare prætendant, ne in hoc etiã concedere Romanæ Eccleſiæ videantur: tamen quia manifeſtius est

Vide Petrum Arcudium l.3. c.21.

eſt propria ipſorum confeſſione, ac experientia, non dum conſecratas ſpecies adorari; fruſtra probare adnituntur, maiorem ſe Chriſto reuerentiam, tamquam ad crucis paſſionem procedenti exhibere: cum Catholici, non elementa, ſed ipſum corpus & ſanguinem Chriſti, poſt conſecrationem præſentia, cultu latrico adorare, ac venerari ſe profiteantur, & doceant.

Manet itaque vnicuique Catholico alta fide repoſtum, id, quod omnium compendioſius mihi videtur comprehendiſſe, ciuitatis huius Hieroſolymorum Antiſtes ſanctiſſimus, ac primus, Iacobus Apoſtolus: *Memores igitur, & nos peccatores, paſsionum eius*, (ſcilicet Ieſu Chriſti) *viuificarum, Crucis ſalutaris, ac mortis, ſepulchri & reſurrectionis tertio die à mortuis, aſcenſionis in Cælos, & aſſeſsionis eius ad dexteram tuam Dei Patris, & ſecundi glorioſi, ac tremendi eius aduentus, quando*

In Myſtagoghi.

veniet

veniet cum gloria, ad iudicandum viuos, & mortuos, quando reddet vnicuique iuxta opera sua, offerimus tibi Domine hoc sacrificium verendũ, & incruentum. Quem non multum posteriori sæculo, in Apostolica doctrina, sicut Petro in Romana Cathedra secutus Alexander primus Martyrio insignis, fidelibus omnibus, sacrificij supremi Ecclesiæ reuerentiam commendauit: dũ, *Nihil,* inquit, *in sacrificijs maius esse potest, quàm corpus, & sanguis Christi; nec vlla oblatio hac potior est: sed hæc omnes præcellit, quæ pura conscientia Domino offerenda est, & pura mente sumenda, atque ab omnibus veneranda. Et sicut potior est cæteris, ita potius excoli, & venerari debet.* Adeo vt his talibus doctoribus antiquissimum Ecclesiæ cultum exprimentibus, accedente tot sæculorum vsu, & authoritate, meritò, & securè, omnium nouatorum, ac impiorum ora obturemus: Christumque

In epist. 1.

N.
Ipse Lutherus adoratione varijs locis agnoscit, ac docet. Singulariter tomo 7. VVitemberg. fol. 343. p. 1. item fol. 383.

que redemptorem noſtrum,in Miſſæ ſacrificio glorioſum, in Catholici corporis vnione, fideliter, ac humillimè veneremur.

Profecto ſi vel ipſi Lutheranorũ religioſiſſimi in Caluiniſtis ἀταξίαν quandam, ne dicam impietatem reprehendunt; quod templa, Miniſtros, ac Myſteria diuina minus decorè habeant,atque attrectent. quid magis pro iniuria, de Catholicis conqueri poſſunt; ſi eoſmetipſos etiam à primo, ac legitimo Eccleſiæ decore deficientes,& altaria, & Sacerdotia, & ipſa etiam Sacramenta ab Eccleſia inſtituta, nouo ac peregrino vſu adulteraſſe,atque in dies ad Caluiniſticam deſolationem vergere; meritò accuſant? Quemadmodũ enim Baptiſmi fontem in Eccleſiæ Catholicæ fundo ſcaturientem, in tot riuulos, quot extra Romanæ Eccleſiæ gremium ſectæ ſunt,deduxiſſe hæreticos non ineptè adnotaremus. Sic nihilo minus,

nus, ſupremum Chriſti cultum, quẽ in Miſſæ ſacramento, ac ſacrificio iugiter Eccleſia reuerentiſſimè perſoluit, apud vtroſque tam Caluiniſtas, quàm Lutheranos corruptum, niſi penitus abolitum, cum omni ratione arguimus, atque condẽnamus. Adeò vt dum ex his, quæ ſcripta ſunt ſuperius pateat, hos, qui in ea regula incedunt, quam Eccleſia ab Apoſtolis, Apoſtoli à Chriſto, Chriſtus à Deo acceptam tradidit; veræ Doctrinæ, ac fidei Chriſtianæ eſſe hæredes, ac poſſeſſores: non iniquè contra illos, qui ab hac principalitate, ac vnitate recedũt, legis rigorem, quem Catholicorum Imperatorum zelus antiquitus promulgauit, iterum repeti, ac exerceri prætendere poſſent: nimirum, *vt vetaretur hæreticis, Chriſtianorum nomine vti: ſed ab autore ſceleris, quod ſequuntur, nomen accipere*, quẽadmodum communiter ab iiſdem Dogmatiſtis appellari conſueuerũt,

cum inter ſe diſtingui, atquē dignoſci volunt.

Proinde, cũ ex duobus iſtis præcipuis Chriſtianæ doctrinæ ſymbolis, Baptiſmi videlicet, ac Altaris ſacramentis, ipſi etiam (ni pertinaciter claudere oculos velint) Heretici agnoſcant; quàm congruum fuerit diuinæ Prouidentiæ, quamque neceſſarium humanæ ſaluti, vt doctrina de his ipſis, alijſque pluribus, quæ à Chriſto oretenus, Apoſtolorum autem ſcriptis, ac prædicatione tradita; ſucceſſione firma, ac manifeſta, ad nouiſſima vſque tēpora peruenirent. *Neceſſariò enim* (inquit maximus diuinarum rerum Myſta) *primi illi noſtri Sacerdotalis ordinis duces, quum ex ſumma ſuperſubſtantialique Deitate, ipſi Sancti muneris plenitudinem percepiſſent, & idipſum deinde proferre, & propagare, à diuina bonitate miſſi eſſent, ipſique vt qui tranſiſſent in Deum, poſteros ad diuina prouehere paulatim cuperent,*

S. Dionyſ. Areopag. Hierarch. Eccl. lib. 1.

rent, visibilibus signis, cælestia sacramenta texerunt. Quamobrem, ne in rebus tanti ponderis, humanam leuitatem, in rebus cælestibus, terrenam obscuritatem, (quod vtrumque in omnium sæculorum hæresibus, iuxta Catholicæ, ac Romanæ Ecclesiæ doctrinam positis, obuium est deprehendere) nostris quoque temporibus admittere; eisdemque volentes ac scientes assentiri, rectissimè argui, atque condemnari ideo hæretici isti ab Orthodoxis possint: vnicum illud, constanter vbique terrarum approbatum, traditumque axioma, quamprimum teneant, atque natis suis inculcent; quò vel errores certiùs detestētur, vel quòd olim creditum, aut condemnatum fuit, discernant. *Quod erat traditum, id erat verum vt ab eis traditum quorum fuit tradere. Ergo quod erat traditum rescindens, quod erat verum rescidisti: nullo iure fecisti, nam si instituta consuetudinesque non scriptas* tam-

Tertullianus de Præscriptionibus.

S. Basilius M. in libro de Spiritu Sancto cap. 27.

tamquam in eis vis magna non sit, semel repudiare aggrediemur, clam, ac pedetentim ratas ipsas Euangelij sententias improbabimus, aut potius ad inane nomen eius prædicationem contrahemus. Immò, cum eodem magno illo Basilio, Græcanicæ Ecclesiæ Patre, vt & Romanæ obedientissimo filio, ita confidentius expostulent: *Quid tu narras* (Luthere, vel Caluine) *non dabimus plus Antiquitati? non verebimur Christianorum multitudinem, tàm eorum qui sunt, quàm eorum qui fuerunt, ex quo Euangelium prædicatum est? nullam rationem dignitatis eorum habebimus, qui omni spirituali gratia claruerunt?* Et paulò infra: *Traditionem fidei, quæ præterito tempore omni, sub tot sanctissimis viris euicit, cõmentis vestris impijs postponemus?*

Lib. 1. contra Eunomium.

Sed ne, dissolutis vt dicitur pedibus, gressus meos, vltra quod angustus hic peregrinationis Sanctæ circulus præscribit, per diuersa fidei

Ca-

Catholicæ abdita vagari ſinam; aut præſtantiſſimos flores, & à ſummis doctoribus ſubtiliter tractatos, humillimus ego, carptim nimis & licentioſius decerpſiſſe à quoquam arguar; odore tantum ſuperiorũ, contentus ero Catholicarum veritatum fragrantiam adumbraſſe. Tamen quia myſteriorum Chriſtianæ doctrinæ clariora, conuerſioniſque meæ argumenta efficaciora, hactenus recenſere operam dedi; adiungam denique, quendam velut manipulum omnium earum ſectarum, quæ potiſſimum præſentes hęreſes, cõtra quas nobis quæſtio fuit, de erroribus ſuis, iam olim conuictas, tamquam vnica falce præciſas iacere demonſtrent, quippe & Auguſtinum ſequor. *Vtamur ergo hæreticis, non vt eorũ approbemus errores, ſed vt Catholicam diſciplinam aduerſus eorum inſidias aſſerentes, vigilantiores & cautiores ſimus, etiamſi eos ad ſalutem reuocare non poſſumus.* Lib. de vera relig. cap. 8. tom. 1.

Et ne vlterius cuiquam ſit moleſtū, iamdudum ſuper ſeminata Dominico agro zizania, tamquam vitanda agnoſcere, indicem eorumdem, ex variorum Patrum ſcriptis hic collectum ſubiungo, Lutheranoſque, ac Caluiniſtas ad eorum examen inuito; dum tantùm etiam ipſis referat, opiniones ſuas, non pro nouis haberi, ſed antiquitate quoque ſua niti. Catholicis vero aliter hoc ipſum prodeſſe poteſt: Nam *multum adiuuat cor fidele noſse quid credendum non ſit, etiamſi diſputandi facultate id refutare non poſsit.*

August. in Cathalogo hæreſ. 1.6.

CAPVT X.

C*Ain*, negabat prouidentiam ait Targum, & merita bonorum operum. Vos etiam.

Epicurei negabant prouidentiā: & in veſtro primo pſalmo. Vos etiā.

Platonici aſſerebant pluralitatem vxorū: Beza & Gochin Caluiniſtæ.

Vos

Vos etiam.

Samaritani fugiebant templa. Vos etiam.

Saducæi reijciebant partem Scripturarum. Vos etiam.

Caphernaitæ volebant credere, quod sub pane Christus carnem suã daret. Vos etiam.

Scribæ & Pharisæi deprauabant Biblia. Vos etiam.

Simon Magus, Deum authorem peccati faciebat: negabat matrimonium esse Sacramentum: negabat liberum arbitrium: inferebat bellum D. Petro. Vos etiam.

Sacritarij (inquit S. Ignatius) negabant Eucharistiam esse sacrificiũ, & in ea esse carnem Christi.

Vos etiam.

Gnostici, se solos sapientes esse dicebant, accusantes Patres omnes ignorantiæ. Vos etiam.

Archontici (inquit Epiphanius, & Theodoretus) irridebant sacrificiũ Missæ. Vos etiam.

Encratitæ, qui se puritanos appellabant, negabant matrimonium sacramentum esse. Vos etiam.

Montanistæ gloriabantur super sectam suam Spiritum Sanctum solummodo descendisse. & negabant Confessionem ãc Sacramentũ Pœnitentiæ. Vos etiam.

Antieucharistici, irridebant Eucharistiam, quod non esset oblatio, & quod in ea caro Christi non esset. Vos etiam.

Carpotiani (inquit Clemens Alexandrinus) vocabant sacramentũ, cœnam. Vos etiam.

Apostolici, se dicebant iuxta formã Apostolorum reformatos. Vos etiã.

Melchisedeciani (ait Epiphanius) negabant sacrificiũ Melchisedech. Vos etiam.

Nouatiani, negabant Ecclesiam habere potestatem remittendi peccata: (inquit D. Ambrosius) item confessionem: Sacramentum Confirmationis: (inquit Theodoretus) supe-

superioritatem in Ecclesia: asserebant Apostolos æquales fuisse: quòd Petrus non erat caput cæterorum.

Vos etiam.

Manichæi irridebant Virginitatem dicendo: Nulla quoque virgo est: negabant Matrimonium esse Sacramentum: non deuastabāt nisi bona Ecclesiæ, euntes in bellum: obijciebant Catholicis, quod Sanctis sacrificarent: Imagines deiciebant: negabant liberum arbitrium: asserebant aliud sacrificium non esse, quàm laudis: irridebant memorias Martyrum, atque super eorum monumenta missas celebrare: vocabant Cātholicos Idolatras, eò quod Sanctos venerarētur, & quod non intercederent pro nobis: proiciebant tanquam execrabiles eorū reliquias: asserebant Eucharistiam esse tantum figuram, & non verum corpus Christi, inquit Concilium Nicænum.

Vos etiam.

Cathari reiciebant Sacramentum Pœni-

Pœnitentiæ: negabant Purgatoriũ: dicebant Sacerdotes vxoratos esse oportere. Vos etiam.

Marcionitæ spernebant reliquias Sanctorum: reiiciebant maiorem partem Scripturæ sacræ: calumniabantur Prophetas, & Apostolos, quod errauerint. Vos etiam.

Donatistæ iactabant se solos verã Ecclesiam habere: quod totus mũdus apostatauerat, præter ipsos: Diruebant altaria: spernebant Chrisma: Asserebant solos bonos esse in Ecclesia: Ornamenta, & calices rũpebant: Sacerdotes Missas celebrãtes occidebant: Proiiciebant Canibus Corpus Dominicum: Sanctamque hostiam pedibus conculcabãt. Equis super altaria pabulum apponebant. Vos etiam.

Arriani negabant suffragia pro Defunctis: Respuebant Traditiones: Aequabant Episcopis Sacerdotes Deiiciebant altaria & cruces. persequebantur Monachos tamquam

quam pestem. Nolebant aliud præter nouum, & vetus testamentum.

Vos etiam.

Antropomorphitæ Catholicos vocabant manducatores hominis, eò quod carnem Christi manducant: Carnifices ordinarios Iesu Christi, quia sacrificium incruentum peragunt. Vos etiam.

Eustachiani contemnebant loca Sanctorum Martyrum. Vos etiam.

Benedictini: negabāt benedictionem, & consecrationem Eucharisticam; asserentes esse Magiam.

Vos etiam:

Euchitæ, dicebant preces tantum fundendas esse; atque sanguinem tantum Christi plenis buccis iactitabant; bona opera floccifacientes.

Vos etiam.

Hagiomachi negabant intercessiones Sanctorũ, eò quod tam longas aures non haberent, vt preces nostras exaudire possent. Vos etiã.

Armeni, non miscent aquam vi-

no

no in Missa. Vos etiam.

Nestoriani, negabant Eucharistiã extra vsum, ideoque non seruabãt, negantes Consecrationẽ. Vos etiã.

Iconomachi anno 719. Imagines confringebant. Dicebant cœnam signum tantum & figuram esse. Vos etiam.

Arraboniani asserebant cœnam tantum Arram & pignus esse corporis Christi. Vos etiam.

Nuctagiani reijciebant preces, & horas nocturnas, quas persoluunt religiosi. Vos etiam.

Porphyriani, irridebant miracula, negantes se ad ea facienda teneri. Vos etiam.

Andianiani dicebant pœnitentiam, & Confessionem non esse Sacramentum. Vos etiam.

Petroniani prædicabant sępe, cœnam autem quater faciebant in anno. Vos etiam.

Ascodruptæ Eucharistiam tantum memoriam passionis esse affirmabant.

bant. Vos etiam.

Henriciani tempore S. Bernhardi reiiciebant ſacrificium pro mortuis, atque Purgatorium. Vos etiã.

Eutichiani negabãt corpus Christi in diuerſis locis eſſe poſſe.

Vos etiam.

Iacobelini dicebant Laicos ſub vtraque ſpecie communicandos.

Vos etiam.

Catabaptistæ negabant infantes prius quàm adoleuiſſent baptizandos. Vos etiam.

Taudemiani. Ordinis Sacramentum negabant. Vos etiam.

Flagellantes negabant extremam vnctionem. Vos etiam.

Albigenſes extremam vnctionem negabant eſſe Sacramentum. Purgatorium. Preces pro Defunctis. Præſentiam corporis Christi in Eucharistia, nihilque ibi præter cõmunem panem contineri. Aeque in cubiculo, quàm in Eccleſia fieri preces poſſe. Eiiciebant ex Eccle-

ſia

ſia Crucem, ac irreuerenter tracta-
bant . Vos etiam .

Valdenſes anno 1160. irridebant Chriſma in Baptiſmo: Benedictiones; horas Canonicas; ſuffragia Sanctorum; Quadrageſimam; Purgatorium; Extremam Vnctionem; Preces pro mortuis; Indulgentias, inquit Lindanus. negabant poteſtatem Papæ: Confirmationem eſſe Sacramentum. Aſſerebant inuentionem eſſe diaboli, Monachorum Inſtituta. Quod presbyter æqualis eſſet Epiſcopo. Vos etiam.

Aerius anno 350. primo Arrianus, poſtea ſectam ſeparatam fabricauit, ideò, quod pro Epiſcopatu Romæ repulſam paſſus fuiſſet (vt aiunt D. Auguſtinus, & Damaſcenus) negabat ſuffragia pro Defunctis, irridebat ieiunia ſextæ feriæ, & Sabbathi; aſſerens quod oporteret carnes edere omni tempore: nullam differentiam inter carnes, & piſces faciendo. Quod bonum qui-
dem

dem esset ieiunare, non vero temporibus præscriptis, vt apud Catholicos: in quo libertati conscientiæ fauebat. Quemadmodum etiam nõ distinguebat Episcopum à Presbytero. Vos etiam.

Iouinianus irridebat cælibatum; æqualem faciens Virginitatem matrimonio; item vota religionis, ac Monachos detestabatur abstinentiam carnium diebus Veneris & Sabbathi, & in Quadragesima; æquale faciens ieiunium manducationi, dicendo, quod id quod os ingreditur nõ coinquinat hominem, seu animam: negabat in Cælo gradus gloriæ. Affirmabat omnes nuptos esse debere, præsertim Sacerdotes. Quod ieiunium nihil prodesset. Gloriabatur Græcæ, atque Hæbreæ linguæ scientia, se abscondita religionis reuelasse. Caumenias, ac ieiunia impugnabat; dicens inutilia esse, quia pro nobis Dominus Iesus Christus hęc perfecisset. Quod

om-

omnes Sacerdotes sumus. Negabat merita bonorum operum, sub eadem ratione. Quod venter Virginis apertus fuit, atque post partum Saluatoris iterũ clausus. Quod vnum corpus aliud penetrare non posset, nec in diuersis locis esse. vnũquemque conscientiæ suæ libertati relinquendum. Vos etiam.

Vigilãtius primus hęreticus Galliæ, non ordinabat Sacerdotes nisi vxoratos. Irridebat reliquias, easque in ignem conijciebat, negans eis omnem venerationem. Asserebat mortuos nihil viuis prodesse, Et quod Sancti fælicitate æterna non gaudebunt, nisi post resurrectionem; (vt de ipso testatur Augustinus) quod etiam adeò Caluino pro tollenda ipsorum inuocatione placuit. fugiebat societatem Catholicorum. Vos etiam.

Pelagius admittebat Prædestinationem: Liberum arbitriũ restringebat. defendebat communionem

sub

ſub vtraque ſpecie Laicorum.

Vos etiam.

Philoxenus Perſa anno 500. deiciebat imagines. Vos etiam.

Mahomet. anno 623. prohibebat imagines. Alcoranum lingua vulgari publicabat. Affirmabat eadem vulgari lingua preces fundendas, vt intelligantur, abolebat feſta Sanctorum: non agnoſcebat alios iudices præter ſuæ Sectæ homines, ac Scripturas. Vos etiam.

Bertamus Gallus, tempore Ludouici Craſſi Euchariſtiam quoque, memoriam tantum vocabat.

Vos etiam.

Berengarius affirmabat in Cœna nihil præter panem eſſe. Negabat præſentiam realem allegans *verba, quæ dico vobis, Spiritus, & vita ſunt; Caro nihil prodeſt, Spiritus autem viuificat:* & quod corpus Chriſti tantum adeſſet per fidem ſpiritualiter; aliàs ſi adeſſet, abiret in ſeceſſum, & à canibus ac porcis manducaretur

tur &c. ideoque tantum per signa adesse. Vos etiam.

Lutherus cum socijs suis Germanis, ab Orco reuocauit quadringẽtas, & quatuor hæreses. irridebat peregrinationes sanctas; & quod Christo non plus erat curæ sepulchrum suum, quàm bouis alicuius: quod ridiculum esset lignum veræ Crucis capsis argenteis, & aureis includi. Odio habebat festa Beatissimæ Virginis, quia tam Sancti sumus, quàm ipsa. Quod apertus fuerit eius Vterus in puerperio Saluatoris. Missam nihil valere. Solam fidem iustificare, non vero merita bonorum operum. Quod ne nucẽ quidem putridam dedisset pro meritis Sanctorũ Petri & Pauli. Quod Sancti essent diabolici, cum alijs blasphemijs, quas hinc inde eructasse legitur. Vos etiam.

Zuinglius dicebat Christum non apparuisse D. Paulo personaliter. Quod Sancti imitandi non essent.

Quod

Quod miracula nihil prodessent ad fidem. Quod cœna tantum figura esset. Quod Corpus Christi non posset esse in pluribus locis.

Vos etiam.

Buzerus aiebat Christum non resurrexisse de Sepulchro clauso. Quod nõ introiuit per ianuas clausas. Quod in Ecclesia tantum essent prædestinati, non verò reprobi ac mali. Vos etiam.

Caluinus instar araneæ ex omnibus præteritis hæresibus venenũ suxit, atque pharmacum venenatũ suæ doctrinæ componens, vobis propinauit.

Hinc sequentia infero.

Primo. Vos verè esse Hæreticos, dum mordicus præcedentium hæreticorum doctrinas propugnatis, ac docetis. eò magis, quod Encratitas, Montanistas, Manichæos, Donatistas &c. hæreticos esse ipsi fatemini; quorum falsas opiniones vos resuscitatis, ac publicatis.

Secundo. Quòd ad condemnandas hæreſes veſtras, Concilio amplius non ſit opus; cum in cæteris iam ſeculis antelapſis condemnatæ fuerint, ab Eccleſia & Concilijs, nouiſſimè autem per Tridentinum.

Tertio. Quod hæreſes hodiernæ ſint tantum rapſodia blaſphemiarũ veterum hæreticorum, atque vt inquit Irenæus: *Recapitulatio vniuerſæ impietatis, ac doli:* ideoque fugiendæ, ac deteſtandæ. Acquieſcendum autẽ ſemel traditæ ab Eccleſia Catholica Romana fidei, *ad quam perfidia non habet acceſſum*: quæ ſola fuit, ſemper eſt, & erit Magiſtra doctrinæ Chriſtianæ, ac Veritatis. *Scito* enim aiebat clariſſimè Hieronymus, *Romanam fidem Apoſtolica voce laudatam, eiuſmodi præſtigias non admittere; etiamſi angelus aliter annunciet, quàm ſemel prædicatum eſt, Pauli authoritate munitam, non poſſe mutari. Hic incorrupta Patrum ſeruatur authoritas.*

Lib.5.cap.29

D. Hieron. apolog. lib.5. contra Rufinum.

Idem ep.55. ad Damaſ.

Hic

Hic cespite terræ fœcundo, Dominici seminis puritas centeno fructu refertur.

CAPVT XI.

HIs tot tantisque Veritatis Catholicæ seminibus, vndique tam ex Belgio, Gallia, Italiaque; quàm in patria, librorum, doctorumque virorum cōsuetudine collectis: intellectus quidem veri cupidus, in Ecclesiæ veræ agnitione fæcundabatur interius. Sed quia voluntas, plurimis terrenis affectibus, tot velut spinis suffocabatur exterius; producere fructum, nisi opportuna occasione ijsdem præcisis, etiam cælestis gratiæ ros animam irrigasset; quo germen illud tenerrimum Catholicæ Confessionis ederet: quamdiù, fortiter nimis detinebatur. Quemadmodum enim docente Veritatis, ac Virtutis magistro præclarissimo Hierony-

 mo.

Epist. 51. mo. *Quamdiu versamur in rebus sæculi, & anima nostra possessionum, ac redituum procuratione deuincta est, de Deo libere cogitare non possumus.* Ita dum parentum amicorumque consolationi indulgere, spem, fortunamque augere, conditio, & ætas mea iuberent: prouisum desuper fuit, vt enata ex longinquo occasione; Lusitanici nempè regni mirabili mutatione, me ad easdem partes pro publicis negocijs, authoritas quoque imperantium euocaret. Quinquennij equidem mora in regno adeò Catholico, tum diuini cultus publica magnificentia, tum religiosorum assidua familiaritate; multa animi dubia detergere copiosam facultatem præbuit: vt, si aliquando speciem Idolatriæ, aut superstitionis, mens mea simili opinionis macula infecta, in Catholico cultu timeret, ac velut perhorresceret; tunc vero reuerentiã ac splendorem Christianæ religionis, per-

spi-

ſpiceret clarius, atque approbaret. Sicut enim hæretici omnes in obſcuritate ſua gloriari tantum poſſunt de his, quæ Eccleſiæ Catholicæ detraxerunt; ita Eccleſia eoſdem de his, quæ laudabili vſu, ac traditione antiquitatis accepta obſeruat, cum prophetico illo coarguere glorioſius valet. *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam;* Iſaiæ cap 9. n 2. *Et in lumine tuo videbimus lumen,* Pſal 35.n.10. dum ſuperſtitionis paganicæ tenebris, Iudaicæque Synagogæ vmbris expulſis; lumen, ac gloriam Domini ſuper ſe ortam, ſola Eccleſia Catholica, ac Romana, per tot ſæcula conſeruat; ſicut iam olim, adeò magnificè id princeps ille propheta Iſaias, de myſtica hac Hieruſalem Cap. 60. prædixerat. Non vacat ſingula, quæ in capite, in membris, in gradibus Eccleſiæ viſibilis, illuſtriora apparent; Hierarchiæ illius cæleſtis, (quam exprimit in terris) ordini, ac decori diffuſius comparare:

Vide S. Dionys. Areopag Hierarch. Ecclesiast.

egregiè quippe hoc ab ijs authoribus præſtitum fuit, qui varias Eccleſiæ obſeruationes conſcripſerũt. aliquid tamen, quod hæreſi debilitatis, ſtomachum mouere ſolet, pijs verò ac Catholicis, deuotionem excitare, immo exprimere; pro inſtituto, ac modulo meo ſtrictius attingam.

Quis vmquam Pontificis Romani pompam, ac maieſtatem, ad ſuperbiam, & faſtum perſonæ, inuidis oculis intuens, referat potius; quàm ſubleuata in Chriſtum mente, officium Vicarij eiuſdem in terris, maiori etiam cultu, ac decore dignum non iudicabit? præcipuè cum Diuo Bernardo conſiderando attentius: *Quod eſt Sacerdos Magnus, Princeps Epiſcoporum; Hæres Apoſtolorũ; Primatu Abel; Gubernatione Noe; Patriarchatu Abraham; Ordine Melchiſedech; dignitate Aaron; authoritate Moyſes; iudicatu Samuel; Poteſtate Petrus; Vnctione Chriſtus.* Neque

Lib. 2. conſiderat. cap. 8. Item vide lib. 4.

N. Quod Caluinus l. 4. inſtitut. c. 11, §. 10 dicat, *ita loqui in libris iſtis Bernardum ut veritas ipſa l. qui videatur*

que pręterea existimauerit quisquã, eò quod Christus in terra humilis, successorem sibi humilem, sine põpa Petrum piscatorẽ elegerat; ideò crescente Ecclesia, Christianorum principum, ac populorum pietatẽ, ac reuerentiam, ad augendam, & exornandam supremã in terris dignitatem, aliquo aut præcepto, aut exemplo inhibuisse; cum aliàs per Prophetam edixisset: *Hæc dicit Dominus Deus: Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum. Et afferent filios tuos in vlnis, & filios tuos super humeros portabunt. Et erunt reges nutritij tui, & reginæ nutritiæ tuæ: vultu in terra demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.* Si itaque Imperatorum, Regum, ac Principum Christianorum pietas; adeò opibus, ac possessionibus, supremum religionis suæ in terris caput, ac Pontificem, eiusque inferiores ministros locupletasse, ac conIsaiæ cap. 21.

deco-

decoraſſe; ex variorum ſæculorum, ac nationum annalibus, poſt Conſtantinum Magnum agnoſcitur: vt non præſentis modò æui, ſed etiam præcedentium, atque antiquiorum temporum hæreticis, inuidiam, ac calumniandi materiam præbuerit. Quis perget porro ſine vituperio, ac crimine, cum pauperibus illis de Lugduno, ſeu VValdenſibus, moleſtus eſſe bonæ fidei poſſeſſoribus, tum Pontificibus Romanis, tum cæteris Eccleſiæ Catholicæ Magiſtratibus, ac Miniſtris; dum eos nō vi, aut dolo, ſed iuſta, ac ſpontanea alienæ deuotionis largitate, ad tantum gloriæ temporalis faſtigium conſcendiſſe, vbique, ſatis ſuperque perſpectum habeat: maximè verò, quotieſcunque religionis Chriſtianæ, ac Catholicæ præſtantiam, cum alijs quibuſuis aut opinionibus, aut Sectis componat.

Vide Aeneā Siluium de orig Boemorum cap. 53.

Nam ſi inter Schiſmaticos orientales, Veteris Eccleſiaſticæ dignita-

tis

tis ſedes occupantes, ornamentum, ac decorem requiras; non minus ſplendorem muneris, quam Sapientiæ lumen, ſub infidelium Principũ imperio, iam dudum perdidiſſe inuenies: adeò vt de his verè propheticum illud interrogari poſſit: *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus; diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearũ filij Sion inclyti, & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli.* Item. *Qui veſcebantur voluptuosè, interierunt in vijs: qui nutriebantur in croceis amplexati ſunt ſtercora.* Vel ſi adhuc Chriſtianorũ in ijſdem partibus degentium paupertas, conferre quicquam Prælatorum ſuorum dignitati inuenitur; id omne, antiquiſſimæ, ac traditæ pietatis exemplis, ac documentis, immò cum Latinis æmulationi, certiſſimè adſcribendum intelligimus. quippe hanc etiam elemoſynarum largitatem,

Hieremiæ lament cap. 4. n. 1. 2. & 5.

qua

qua tàm Græci, quàm Armeni, Patriarchis, ac Episcopis suis, religionis ac pietatis obtentu subueniunt; nemo melius, quàm Sanctorum locorum defensores religiosi Franciscani, tàm Hierosolymis, quàm Cõstantinopoli, iam vltra tria sæcula; & passionum tolerantia, & eleemosynarum profusione cognoscere, atque experiri potuerunt. Pro Turcarum impietate id satis laudabile, atque pro aliorum confusione, obseruari in ijsdem partibus potest; quod antiquos reditus, Ecclesiasticis, aut pijs operibus dicatos; ipsi adhuc suis Santonibus, aut hospitalibus integra relinquant, atque concedant: quasi indignum iudicassent Principes Otomani, magnitudinem suam, sacrarum largitionum spolijs fœdare; & quod Principes Christiani, religionis suæ cultui consecrauissent, Mahometanæ Sectæ ministris auferre.

Porro si Europam iterum repetimus,

timus, vbi hæreticorum deformatio, in quibusdam Prouincijs stipẽdium ministris, ac prædicantibus; in alijs vero Regnis, cum antiquis titulis, vix decimas ad victum Episcoporum, ac Sacerdotum, cum familijs suis sufficientes reliquit: quid hinc certiùs colligere possumus, quàm quòd vilipendio ministerij Ecclesiastici, viluerit etiã antiquus Christianæ religionis cultus; quem adeò celebrem, Romanæ Ecclesiæ vnio, vsque ad Indos ac Antipodas, Catholicorum Regum opera, ac religiosorum prædicatione, mirificè transplantauit? Sic, vt rectè obseruatum fuerit; plus augmenti in Orientalibus, Occidentalibusque plagis, Ecclesiam cępisse; quàm diminutionis, ac detrimenti, in Septemtrione, hæresis irruptione passa sit. Quamobrem, quandocumque Ecclesiam Christi, tamquam *Sanctam Ciuitatem Hierusalem nouam descendentem de Cælo, à Deo paratam, sicut* Apocalypsis cap. 21. n. 2.

Spon-

Sponsam ornatam Viro suo, Vbique terrarum requirimus; nusquam, nisi in Romanæ Sedis, ac Apostolici corporis membris, ac Subditis, ornatum eiusdem, ac fulgorem vndique corruscantem, aduersariorũ quoque confessione, inuenire fas erit. Ideoque quia *non est potestas nisi à Deo, quæ autem sunt à Deo ordinata sunt*, iuxta Apostolum: post summum illud in terris, Ecclesiasticæ dignitatis, Pontificatus videlicet culmen; quanto decore, tum in purpurato Cardinalium Senatu; tũ Patriarcharum, Archiepiscoporũ, Episcoporum, cæterorumque ordinum inferiorum dignitatibus: Magistri ac Legislatoris Christianorũ maiestas, ac authoritas reluceat; eos videlicet ad examen prouocare licebit, qui ad iudicij integritatem, experientiæ discretionem, diligenter adhibere solent. Sic enim fieri posse existimo, vt vulgi error, aut nimis obscura ignorantia, & humilis;

Ep. ad Rom. cap. 13. n. 1.

Vide præ multis tractatum Rudolfi Cupers Iurisconsulti, de sacrosancta vniuersali Ecclesia.

lis; cultus, & pietatis Christianæ scientia, velut cælesti quodam lumine, (quod in terris imitando repræsentat) efficacius proscribatur. Et quod olim Catholico Doctori Augustino admirationem, id nunc omnibus, tam Catholicis gratiarum actionem, quàm schismaticis, ac hæreticis, stuporem exprimere procul dubio valeat. *O mira, & ineffabilis gratia Saluatoris, quis plebeum piscatorem, Apostolorum facilè Principem crederet; & Regibus obsistere, Reges sanctificare, regnisque omnibus imperare, mundum refrenare legibus &c.* Ex quibus omnibus facilè colligitur, quàm necessarium sit, illam Beati Cirilli regulam, & rectè intelligendo capere, & sine contradictionis pertinacia obsequendo tenere: ne pœnam contra rebelles, ac contumaces, in veteri lege à Deo statutam, in noua Euangelica lege, contra Christianos Schismaticos, aut hæreticos, iterū seuerius exercere,

In serm. Natalis Petri, & Pauli.

çere, graue, iniquumque, immerito iudicetur. *Romano Pontifici*, ait Ille, *iure diuino caput inclinant, & Primates mundi, tamquam ipsi Domino Iesu Christo: itaque fratres mei, si Christum imitamur, vt ipsius oues, vocem audiamus manete in Ecclesia Petri, non inflemur vento superbiæ, ne forte tortuosus serpens, propter nostrã contentionem nos deijciat. Qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo: ex decreto Iudicis moriatur homo ille, & auferes malum de Israel, cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia.*

In lib. thesaurorum.

Deuteron. cap. 17. n. 12.

Verum enim vero, cum multos Apostolicorum temporum integritatem, nostrorum corruptelæ; Ecclesiasticorum quorumdam licentiam, Apostolicæ Sanctitati comparando; iustas causas iniquæ separationi suæ prętexere audio: non minus appositè Cypriani illud axioma, *Im-*

Impediri nō debet, aut fides, aut Charitas nostra; vt quoniam Zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus, opponere possum: quàm ipsius Saluatoris monitum, fidelius, certiusque inculcare debeo. *Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis seruate, & facite, secundum vero opera eorum, nolite facere.* Quis enim vel apud Deū, vel apud homines excusabilem reddere presumet eum, qui sanctarum legum, ex multorum peruersitate violationem, suo priuato crimini, tamquā patrocinium quærit? Cum diuino etiam iudicio: *Vnusquisque portabit iniquitatem ac confusionem suam, atque in peccato suo morietur. Opus autem suum probet vnusquisque, & sic in semeipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Vnusquisque enim onus suum portabit*, vt docebat Apostolus. Maximè vero, cum iam olim sacrarum personarum priui-

Lib. 5. ep. 3. ad Maximū.

Matth. c. 23.

Obedite prepositis vestris & subiacete eis &c. Hæbreor. c. 13. n. 17.

Ezechiel c. 18. & 44.

Epist. Pauli ad Galat. c. 6. n. 5.

1. Paralipom. c. 16 n. 22. S. Ignatius martir, & Episcopus Antioch. epist. ad Smirnen.

legium, *Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari;* Christianæ Ecclesiæ Sacerdotes, malignantium censura, ac calumnijs, eò perfectius exemptos reddere deberet; quo ipsi, sublimiori ministerij, ac perfectiori cęlibatus statu; Synagogæ illius Iudaicæ ministris anteferri merentur: admonente ipso Saluatore: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit me spernit:* Vt alia multa omittam, quæ humanæ conditionis fragilitatem, cum officij, ac ministerij dignitate coniunctam; tam religionis lege, quàm charitatis ratione, apud prudentes, ac pios, semper excusant. Quin etiã si pari sollicitudine, omnes vitam, ac mores Ecclesiasticorum hominũ, doctrina ac pietate insignium; qua casus quorumdam, aut scandala, lincæis vbique oculis scrutarentur, ac diuulgant: procul dubio, & multum inuenirent, ex quo mores proprios corrigere possent, ac perfice-

Lucæ cap. 10 n. 16.

re;

re; & plura intelligerent, quibus se à Christo argui, & à nobis quoque admoneri rectissimè videbũt: *Vide ne lumen, quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum; & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.* Hinc quoque non impropriè cum D. Bernardo: *Ego vero vt interior oculus verè simplex sit, duo illi esse arbitror necessaria, Charitatem in intentione, & in electione veritatem. Nam si bonum quidem diligit, sed verum non eligit: habet quidem zelum Dei, sed non secundum scientiam.* Certè, qui varios humanos lapsus suorum Apostolorum, ac Discipulorum, ipse Magister ac Dominus Christus, corporaliter præsens, benignè ac misericorditer, ferendos esse exemplo monstrauit; non minus charitatem, atque cautelam, cæteris Ecclesiæ membris commẽdare, varijs documentis; quàm ne-

Lucæ cap. 11. n. 35.

Lib. de præcept. & dispensat. c. 17.

cessariam maximè futuram, præmonere voluit, cum assereret; *Necesse est enim, vt veniant scandala; verũtamen væ homini illi, per quem scandalum venit*. Ne itaque Christi exemplo, ac præceptis aduersando, vinculum pacis, quod est charitas, rumpamus; salutemque, quam in sola Ecclesiæ Catholicæ vnione operamur, insipienter amittamus: *Videte fratres quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.* Immo vtinam, vel ipsius doctoris Lutheri apud suos authoritas, scientiam eis pareret, & charitatem; cũ docere eum legunt: *Charitas & vnio semper seruanda est, nec se vlla ex causa à Romana Ecclesia separare, ac diuellere oportet; sed in omnibus Romanæ Ecclesiæ ordinationes sequi.*

Matth. cap. 5. n. 14.

D. Paulus ep. ad Ephes. c. 5. n. 15.

Tom. 7. VVittemberg. fol. 7. p. 2. Vide eũdem Resolut. super XIII propofit. de potestate Papę. Tom. 1. Ien. Lat. notabilem.

CAPVT XII.

NVnc pro his, quæ in ornatu, ac ſplendore diuini cultus, tamquam nimia, aut ſuperſtitioſa, carpere inimici Eccleſiæ temerariè ſolent; adnotandum aliquid foret: niſi eorum cauſſlos, non minus euangelica illa Chriſti reprehenſione, pro vnguenti pretioſi effuſione; quàm propria ipſorum conſciẽtia ac iudicio, retundi validiſſimè exiſtimarem. Quippe dum inter ſe de exceſſu, aut defectu ſacrorum rituum, quos veteris Eccleſiæ diſciplina introduxit, digladiantur: id quod pro irreuerentia ſua, liberum ſibi fecerunt adimere; Catholicorum deuotioni, Deum ſuum profuſius venerantium, qua ratione inuidere ſe oſtendunt, aut ſine calũnia non relinquunt? *Quemadmodum enim maxima eſt ratio, quæ pro religione facit:* vt loquitur l. ſunt Lucæ c.7.

personæ, ff. de relig. & sump. funer. l. locum, ff. de vsufr. Religio autem cultum diuinum importat; quem iuxta Augustinum: *Christianus tāquam præcipuum, ac summum obsequium debet Creatori, ac Saluatori suo optimo maximo*. Ita eadem ratione, sicut religioni cohærent virtutes diuini cultus, ita adhærent partes Christianæ disciplinæ; quam D. Cyprianus deffiniens, ait; *Disciplina est ordinata morum correctio, & maiorum præcedentium regularis obseruatio*. Vbi verò vtrique tam cultui, quàm disciplinæ, continuò in Romana Ecclesia, seuerissimis legibus, sanctissimisque ordinationibus prouisum fuisse, quotidieque prouideri attentiores agnoscunt. Dubito equidem, an æquè veraciter obiectare poterint hæretici Catholicis, inobseruantiam legum; quā Catholici hæreticos obiurgare debent, de diuini cultus negligētia, immò deturpatione, ac defectu.

Lib. 10. de Ciuit. Dei. 1

Lib. de 12. abusionibus.

Laus eius in Ecclesia Sāctorum. Psal. 149.

Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustū & bonum. Ep. ad Rom. c. 7. n. 12.

Olim

Olim Deus per Prophetam: *Et oculi vestri videbunt, & vos dicetis, Magnificetur Dominus super terminũ Israel. Filius honorat Patrem, & seruus Dominum suum: Si ergo Pater ego sum, vbi est honor meus? Et si Dominus ego sum, vbi est timor meus? dicit Dominus omnipotẽs.* Quis enim existimet, aut fidem aliquam, aut charitatem esse sinceram, ac feruẽtem in illis, qui extra vnitatem Ecclesiæ, omnia operantur inordinatè, ac indecore; ita vt si fidem ex operibus, siue eam, quæ per charitatem operatur, foris non ostendãt: non immeritò ab his, qui se Catholicos esse certò credunt, tam fide recta, (quam diuino cultu magnificentius protestantur) quàm charitate perfecta, (quæ in omnibus misericordiæ operibus copiosius apud ipsos refulget) Magistri sui Christi sententia seuerius corripi debeant: *Et vos inhonorastis me: ego autem non quæro gloriam meam,*

Malachiæ c. 1. n. 6.

Ioan. cap. 8. n. 5.

Epist. 26. *est, qui quærat, & iudicet. Vbi* autem *Verus est amor*, vt rectè aduertit Augustinus: *Nequaquam sic in ipsa mente reconditus & abstrusus esse potest, vt non per signa quadam, & indicia, se foras proferat, ac ad spectantium oculos traducat.* Testentur ipsi, qui Galliam, Italiam, ac Hispanias non cursoriè, sed curiosè lustrarũt Septemtrionales, quantùm non solum pro charitatis officijs, sed etiam pro sacrorum rituum, ac magistratuum sumptibus, tam priuata, quã publica deuotione, ab antiquis, & modernis stabilitum sit, atque egeritur. Ex aduerso autem, quantùm in Anglia, Hibernia, Germania, Dania, Suecia, alijsque locis, post hæresis irruptionem, tam diuino cultui, quàm eiusdem ministris adẽptum, sęcularium voluptatibus cesserit; non minus historicorum monumenta, quàm præsentium bellorum desolatio, ac calamitas, omnibus pijs Christianis lachrymosam,

proh

proh dolor, fidem facere possunt. Quapropter: *discant, qui ignorant,* vt scribebat ad Theophilum Alexandrinum Episcopum Hieronymus, *eruditi testimonijs Scripturarũ, qua debeant veneratione sancta suscipere, & altaris ministerio deseruire, &c.* ne sacrarum, Deoque dicatarum rerum profanatione, & Vzæ & Balthasaris Regis, aliorumque similium sacrilegorum pœnam, ac supplicium, aliquando sibi attrahant: cum idem adhuc sit vindex Deus, & Dominus, *Iesus Christus heri, & hodie: ipse, & in sæcula;* in omnibus timendus, in omnibus honorandus. Hæb. eorum c. 13. n. 8.

Sed ne omnia, quæ fidei Catholicæ fructus sunt vberiores, & Catholicorum pietatẽ gratiosius, exornant; tædiosa magis, quàm necessaria defensione describam: consciẽtias potius eorum conuenio, qui nõ deuotione illa, quæ *pius, & humilis affectus in Deum* dicitur ab Augustino, Lib. de spiritu, & anima.

stino,

ſtino, rectæque fidei tamquam legitima prole beantur: Sed aliquem tantum iſtius virtutis ſensũ habent: *Qua ſe creatura Deo vel Sanctis ſubmittit, in recognitionem alicuius excellentiæ*. Fateantur ingenuè ipſi, an commoueri ſe magis, atque excitari ad diuinas laudes, Deique gloriam contemplandam ſenſerint, Catholicorum ritu, cæremonijs, ac ornatu: an frigeſcere magis ſpiritus feruorem, nullis externis adiutum adminiculis, ipſa naturæ conditio, nos doceat. Ego ſane, ex vtriuſque comparatione; illinc affectuum piarum teneritudinem, ac verſus diuinam maieſtatem reuerentiam accendi; hinc obſcuro vel abiecto externo cultu, nullã prorſus cæleſtium cognitionem, ac deſiderium, euocari non poſſe, aſſerere ac conteri non hæſitabo. Vtrumque etenim tàm internum, quàm externum illum cultum Deo conuenire, ac deberi, cum magnifico illo

Damaſcenus orat. 1. de imagin.

Vide Auguſt. de cura pro mort. c. 50. & Damaſcenus lib 4 de fide Orthod.

illo Psalte regio Dauide, Ecclesiæ filij præclarè intelligunt. *Confessio, & pulchritudo, in conspectu eius, sanctimonia, & magnificentia*, nota, *in sanctificatione eius: afferte Domino Patriæ gentium; afferte Domino gloriam, & honorē; afferte Domino gloriam nomini eius.* Quam sæpe ego animam meam commotam sensi, quotiescunque diuinas laudes, diuinum cultum, in Ecclesijs Catholicis, tanta maiestate, quanta modestia, ac decoro, publicè persolui, attentius considerabam: ita vt non solum mysteria, quæ fidei sūt obiecta, verumetiam externas illas cæremonias, magnificosque apparatus, velut certissima signa, Sanctæ, ac cælestis religionis, quamuis integrè non intelligerem, æstimarem tamen, ac reuerenter colerem. Et licet primùm, delectatione quadam sensus externi, visa, & audita perciperem gratius; tamen paulatim, secretiori intellectus operatione, Psa'm. 95

de

de ſuperna illa rerum cæleſtium harmonia, ac diſpoſitione, ad diuini numinis maieſtatem contemplandam, ac amandam, commonebar facilius, atque altius attollebar. Adeò vt errorem, quem in Lutheranicæ, aliarumque ſectarum obſcuritate tegi, aliquandiu ſuſpicabar; ſplẽdore Catholicæ religionis, cultuſque diuini illuſtriori compoſitione, ac ordine, expellere citius debuiſſem: niſi propriæ exiſtimationis, bonorum, patriæ, parentumque reſpectus, difficiliori me velut laqueo, à veritatis profeſſione retinuiſſent. *Cognoui Domine, quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliaſti me.* Ideo conſciẽtiæ quoque ſtimulus acutior, irreſolutum animum, ac trepidantẽ die noctuque acrius inſtigabat; vt Catholicæ Eccleſiæ vnionẽ amplexando, animæ quoque libertatem, iniquitatũ occultarum vinculis ligatam, clauium poteſtate, ac virtute, integrius com-

Pſalm. 118. n. 75.

comparatet. Obuersabantur equidem oculis quotidie, egræ mentis vulnera; nec erat qui adiuuare posset, nisi tu Deus meus: sed turgescente iuuenili animo, tàm amore, quàm spe præsentis fælicitatis; medicinam, quam in Ecclesiæ apotheca paratissimam certissimamque cognoueram, lætargo quasi consopitus, de die in diem, nocentius differebam.

CAPVT XIII.

ANnus tandem cæperat sicut salutis humanæ, ita & sæculi nostri quadragesimus septimus supra millesimum; cum mihi Vlyssiponæ in Lusitania commoranti, ex patria naues, tum mandata regia, tum parentum, & amicorum literas, quæ reditum meum sollicitabant, opportunè perferrent; adeò vt desiderium satis longa expectatione dilatatum, proxima spe fruēdæ

tæ publicæ felicitatis, ac priuatæ, cum sub Augustissimo Christinæ regimine maximam habebam; plurimum auctum fuerit. Postquam vero aliquot dierum seria cogitatione, anxia mens perpẽdisset, hinc [illegible] omnis Religionis Catholicæ professionem, reditu in patriam difficiliorẽ reddi, immò quasi [illegible]: Dein conscientiæ la[illegible] nisi à vera Ecclesiæ ministris iuuari non posse: inde vero timebat valdè, patriæ, parentumque affectibus, honorum, honorisque iacturam: eò potius trahebatur, ac inclinabat, vt dum nullum grauius impedimentum instabat, securitatem conscientiæ, ac salutis, cæteris cunctis, aut periculis, aut iacturis præponere consultius duceret. Interea aliquot deuotis, ac amicis cõfisis, atque intercessionis apud Deũ [illegible], sedulò commendans; occurrebat aliquando, notabilem illum D. Bernardi sermonem manibus

bus terere, vbi de bonis deserendis edisserẽs, hæc altissimè inserit. *Quãtos enim mundi Sapientia maledicta supplantat, & conceptum in eis extinguit spiritum, quem voluerat Dominus vehementer accendi! Noli inquit præcipitanter agere, diu considera, diligentius intuere, &c.* & prosequitur. *Caue tibi*, ait, *vt quid enim? Cum à Deo verbum esse nõ dubites, quid opus est deliberatione? Vocat magni Consilij Angelus: quid aliena Concilia præstolaris? quis enim fidelior, quisue Sapientior illo? Deduc me Domine, & deducar*. Accidit autem, dum his curis ego premebar, quod alto cuiusdam noctis silentio, maxima cordis compunctione, ac lachrymarum profluuio, è leui somno excitatus, atque è strato in terram prouolutus; Matris Dei singularẽ opem implorans, quàm citissimè domesticis meis consopitis, domum solus egrederer, atque ad Conuentum Sancti Antonij Ordinis Mino-
rum,

personæ, ff. de relig. & ſump.funer. l. locum, ff. de vſufr. Religio autem cultum diuinum importat; quem iuxta Auguſtinum: *Chriſtianus tãquam præcipuum, ac ſummum obſequium debet Creatori, ac Saluatori ſuo optimo maximo*. Ita eadem ratione, ſicut religioni cohærent virtutes diuini cultus, ita adhærent partes Chriſtianæ diſciplinæ; quam D. Cyprianus deffiniens, ait; *Diſciplina eſt ordinata morum correctio, & maiorum præcedentium regularis obſeruatio*. Vbi verò vtrique tam cultui, quàm diſciplinæ, continuò in Romana Eccleſia, ſeueriſſimis legibus, ſanctiſſimiſque ordinationibus prouiſum fuiſſe, quotidieque prouideri attentiores agnoſcunt. Dubito equidem, an æquè veraciter obiectare poterint hæretici Catholicis, inobſeruantiam legum; quã Catholici hæreticos obiurgare debent, de diuini cultus negligẽtia, immò deturpatione, ac defectu.

Lib. 10. de Ciuit. Dei. 5

Lib. de 12. abuſionibus.

Laus eius in Eccleſia Sãctorum. Pſal. 149.

Itaque lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum & iuſtũ & bonum. Ep. ad Rom. c. 7. n. 12.

Olim

Olim Deus per Prophetam: *Et oculi vestri videbunt, & vos dicetis, Magnificetur Dominus super terminũ Israel. Filius honorat Patrem, & seruus Dominum suum: Si ergo Pater ego sum, vbi est honor meus? Et si Dominus ego sum, vbi est timor meus? dicit Dominus omnipotẽs*. Quis enim existimet, aut fidem aliquam, aut charitatem esse sinceram, ac feruẽtem in illis, qui extra vnitatem Ecclesiæ, omnia operantur inordinatè, ac indecore; ita vt si fidem ex operibus, siue eam, quæ per charitatem operatur, foris non ostendãt: non immeritò ab his, qui se Catholicos esse certò credunt, tam fide recta, (quam diuino cultu magnificentius protestantur) quàm charitate perfecta, (quæ in omnibus misericordiæ operibus copiosius apud ipsos refulget) Magistri sui Christi sententia seuerius corripi debeant: *Et vos inhonorastis me: ego autem non quæro gloriam meam,* Malachiæ c. 1. n. 6. Ioan. cap. 8. n. 5.

Epist.26. *est, qui quærat, & iudicet. Vbi* autem *Verus est amor*, vt rectè aduertit Augustinus: *Nequaquam sic in ipsa mente reconditus & abstrusus esse potest, vt non per signa quædam, & indicia, se foras proferat, ac ad spectantium oculos traducat.* Testentur ipsi, qui Galliam, Italiam, ac Hispanias non cursoriè, sed curiosè lustrarũt Septemtrionales, quantùm non solum pro charitatis officijs, sed etiam pro sacrorum rituum, ac magistratuum sumptibus, tam priuata, quã publica deuotione, ab antiquis, & modernis stabilitum sit, atque egeritur. Ex aduerso autem, quantùm in Anglia, Hibernia, Germania, Dania, Suecia, alijsque locis, post hæresis irruptionem, tam diuino cultui, quàm eiusdem ministris adẽptum, sęcularium voluptatibus cesserit; non minus historicorum monumenta, quàm præsentium bellorum desolatio, ac calamitas, omnibus pijs Christianis lachrymosam,

proh

proh dolor, fidem facere possunt. Quapropter: *discant, qui ignorant,* vt scribebat ad Theophilum Alexandrinum Episcopum Hieronymus, *eruditi testimonijs Scripturarũ, qua debeant veneratione sancta suscipere, & altaris ministerio deseruire, &c.* ne sacrarum, Deoque dicatarum rerum profanatione, & Vzæ & Balthasaris Regis, aliorumque similium sacrilegorum pœnam, ac supplicium, aliquando sibi attrahant: cum idem adhuc sit vindex Deus, & Dominus, *Iesus Christus heri, & hodie: ipse, & in sæcula;* in omnibus timendus, in omnibus honorandus. Hæbreorum c. 13. n. 8.

Sed ne omnia, quæ fidei Catholicæ fructus sunt vberiores, & Catholicorum pietatẽ gratiosius, exornant; tædiosa magis, quàm necessaria defensione describam: consciẽtias potius eorum conuenio, qui nõ deuotione illa, quæ *pius, & humilis affectus in Deum* dicitur ab Augustino, Lib. de Spiritu, & anima.

ſtino, rectæque fidei tamquam legitima prole beantur: Sed aliquem tantum iſtius virtutis ſensũ habent: *Qua ſe creatura Deo vel Sanctis ſubmittit, in recognitionem alicuius excellentiæ*. Fateantur ingenuè ipſi, an commoueri ſe magis, atque excitari ad diuinas laudes, Deique gloriam contemplandam ſenſerint, Catholicorum ritu, cæremonijs, ac ornatu: an frigeſcere magis ſpiritus feruorem, nullis externis adiutum adminiculis, ipſa naturæ conditio, nos doceat. Ego ſane, ex vtriuſque comparatione; illinc affectuum piarum teneritudinem, ac verſus diuinam maieſtatem reuerentiam accendi; hinc obſcuro vel abiecto externo cultu, nullã prorſus cæleſtium cognitionem, ac deſiderium, euocari non poſſe, aſſerere ac conteri non hæſitabo. Vtrumque etenim tàm internum, quàm externum illum cultum Deo conuenire, ac deberi, cum magnifico

Damaſcenus orat. 1. de imagin.

Vide Auguſt. de cura pro mort. c. 50. & Damaſcenus lib 4 de fide Orthod.

illo

illo Psalte regio Dauide, Ecclesiæ filij præclarè intelligunt. *Confessio, & pulchritudo, in conspectu eius, sanctimonia, & magnificentia*, nota, *in sanctificatione eius: afferte Domino Patriæ gentium; afferte Domino gloriam, & honorē; afferte Domino gloriam nomini eius*. Quam sæpe ego animam meam commotam sensi, quotiescunque diuinas laudes, diuinum cultum, in Ecclesijs Catholicis, tanta maiestate, quanta modestia, ac decoro, publicè persolui, attentius considerabam: ita vt non solum mysteria, quæ fidei sūt obiecta, verumetiam externas illas cæremonias, magnificosque apparatus, velut certissima signa, Sanctæ, ac cælestis religionis, quamuis integrè non intelligerem, æstimarem tamen, ac reuerenter colerem. Et licet primùm, delectatione quadam sensus externi, visa, & audita perciperem gratius; tamen paulatim, secretiori intellectus operatione, Psalm. 95

de

de superna illa rerum cælestium harmonia, ac dispositione, ad diuini numinis maiestatem contemplandam, ac amandam, commonebar facilius, atque altius attollebar. Adeò vt errorem, quem in Lutheranicæ, aliarumque sectarum obscuritate tegi, aliquandiu suspicabar; splẽdore Catholicæ religionis, cultusque diuini illustriori compositione, ac ordine, expellere citius debuissem: nisi propriæ existimationis, bonorum, patriæ, parentumque respectus, difficiliori me velut laqueo, à veritatis professione retinuissent. *Cognoui Domine, quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me.* Ideo consciẽtiæ quoque stimulus acutior, irresolutum animum, ac trepidantẽ die noctuque acrius instigabat; vt Catholicæ Ecclesiæ vnionẽ amplexando, animæ quoque libertatem, iniquitatũ occultarum vinculis ligatam, clauium potestate, ac virtute, integrius

Psalm. 118. n.75.

com-

compararet. Obuersabantur equidem oculis quotidie, egræ mentis vulnera; nec erat qui adiuuare posset, nisi tu Deus meus: sed turgescente iuuenili animo, tàm amore, quàm spe præsentis fælicitatis; medicinam, quam in Ecclesiæ apotheca paratissimam certissimamque cognoueram, lætargo quasi consopitus, de die in diem, nocentius differebam.

CAPVT XIII.

ANnus tandem cæperat sicut salutis humanæ, ita & sæculi nostri quadragesimus septimus supra millesimum; cum mihi Vlyssiponæ in Lusitania commoranti, ex patria naues, tum mandata regia, tum parentum, & amicorum literas, quæ reditum meum sollicitabant, opportunè perferrent; adeò vt desiderium satis longa expectatione dilatatum, proxima spe fruēdæ

dæ publicæ fælicitatis, ac priuatæ, quam sub Augustissimo Christinæ regimine maximam habebam; plurimum auctum fuerit. Postquam verò aliquot dierum seria cogitatione, anxia mens perpēdisset, hinc procrastinatā nimis Religionis Catholicæ professionem, reditu in patriam difficiliorē reddi, immò quasi impossibilem: Dein conscientiæ laqueos, nisi à veræ Ecclesiæ ministris solui non posse: inde vero timebat valdè, patriæ, parentumque offensam; bonorum, honorisque iacturam: eò potius trahebatur, ac inclinabat, vt dum nullum grauius impedimentum instabat, securitatem conscientiæ, ac salutis, cæteris cunctis, aut periculis, aut iacturis præponere consultius duceret. Interea aliquot deuotis, ac amicis cōsilij, atque intercessionis apud Deū curam, sedulò commendans; occurrebat aliquando, notabilem illum D. Bernardi sermonem mani-
bus

bus terere, vbi de bonis deſerendis ediſſerēs, hæc altiſſimè inſerit. *Quãtos enim mundi Sapientia maledicta ſupplantat, & conceptum in eis extinguit ſpiritum, quem voluerat Dominus vehementer accendi! Noli inquit præcipitanter agere, diu conſidera, diligentius intuere, &c.* & proſequitur. *Caue tibi*, ait, *vt quid enim? Cum à Deo verbum eſse nõ dubites, quid opus eſt deliberatione? Vocat magni Conſilij Angelus: quid aliena Concilia præſtolaris? quis enim fidelior, quiſue Sapientior illo? Deduc me Domine, & deducar.* Accidit autem, dum his curis ego premebar, quod alto cuiuſdam noctis ſilentio, maxima cordis compunctione, ac lachrymarum profluuio, è leui ſomno excitatus, atque è ſtrato in terram prouolutus; Matris Dei ſingularē opem implorans, quàm citiſſimè domeſticis meis conſopitis, domum ſolus egrederer, atque ad Conuentum Sancti Antonij Ordinis Minorum,

rum, gressus celeres dirigerem; eò proposito, vt angustias animæ meæ, cum amico quodam, religione ac sanguine claro, citius dilatarem. Erant cum accederem, matutinis laudibus intenti Religiosi, & inter ipsos bini, quos singulari tàm affe. ctu, quàm veneratione colebam; mox ad indicium meum, & accessum prompti. Admirabantur quidem inopinatam mutationem, quã se diu optasse, ob familiaritatem nostram asseuerabant; sed remedia, non nisi cõsultis Inquisitoribus adferre, (sicut instabam) non posse maximè dolebant. Quamobrem paucorum dierum decursu, post sollicitam dispositionem, fideique professionem; priuatim sacri tribunalis absolutionem, ac reconciliationem Ecclesiæ adeptus, pœnitentiæ, ac sacræ Synaxis sacramenta, suscipio. Hinc animo magis firmatus, reditũ de præsenti dissuadẽtibus plurimis; eò quod fama conuersionis meæ per-

percrebuerat, naues cum litteris iterum in patriam, quàmprimum expedio, atque remansionis meæ rationem breuibus expono: quam etiam deinde sicut cuncta prudenter, ita hanc non minus pie ac clementer, Europæ reginarum, & Sueciæ decus maximum Christina, contra aliquorum vota excusauit, atque admisit.

Nihil mihi deinceps per aliquot menses animo obuersabatur crebrius, quàm vt relicta spe omnium terrenarum rerum, quæ mihi adhuc supererant, ac offerebantur; Dei me seruituri, integrum mancipare m; eò maximè, quòd sæpius à viris religiosis audissem Gregorianum illud: *Sed quia iam peccauimus, quia vsu malæ consuetudinis inuoluti sumus: dicat quid nobis faciendum sit, vt fugere à ventura ira valeamus. Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ.* Præterea cum speciali quodam affectu, animi quietem, Homil. 20. in Euangel. Nimio plus sapio sedens Plautus. Mastall. act. 5. Scena 2.

varijs mundanarum ſollicitudinum agitationibus longe præſerrem; nõ ignorans Ariſtotelis dictum: *Anima ſedendo, ac quieſcendo fit prudentior*; immò Apoſtolicam doctrinam magis venerans, & expendens: *Qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs*, perfectius, integriuſque in religionis ſtatu obtineri, atque procurari. *Religio*, enim eſt, *qua ſe vni Deo anima, vnde ſe velut peccato abruperat, ſiue quem per peccatum reijcerat, reconciliatione religa*, vt deſcribebat Auguſtinus: religioſi autem de quibus idem Apoſtolus: *Mortui eſtis, ſed vita veſtra abſc ndita eſt cum Chriſto in Deo*. Ideo, quia Franciſcanum Inſtitutum, inter alios Eccleſiæ Catholicæ ordines, ob vitæ auſteritatem, atque mundanarum rerum abdicationem, maximè, diuque placuerat: de eodem ſuſcipiẽdo, cum aliquot pijs viris, ac doctis conſilium ineo; vſque dum euictis qui-

Lib.1. de Anima. vide Gerard. Voſſium. Inſtit. Orator. lib.6. cap.11.

D. Paulus epiſt. ad Galat. c.4.

S. Auguſtin. lib. de quant. Animæ c.36

Epiſt. ad Coloſſen. c. 3. n. 3.

quibuſdam remoris, diuina maximè fauente gratia, in Conuentu Alemquerenſi, profeſſionem eiuſdem regulæ ac ſtatus, fœliciter emitto. Certe non me terrebant adeo, ſumma illa in habitu, ac victu paupertas, pariterque aſperitas; quantum voluntatis, ac amoris proprij abnegatio, primis illis fidei meæ, ac Christianę vitæ principijs, videbatur difficilis, atque grauis: eò potiſſimum, quòd contemptibilia vitæ religioſæ, ac ſpiritualis; intellectui maturiori, ætate, atque experientia, vim aliquam facere viderentur. Sed qui cæterarum mihi rerum pondus abſtulit, ad currendum citius expediuit; dum non præſumebam meis viribus reddere, quæ voueram; niſi qui hortabatur, vt vouerem, ipſe adiuuiſſet, vt redderē. Vnde haud obſcurè, diuini auxilij aſſiſtentiam ſingularem, toto corde, ac ore depredicare deberem; quoties obiecta obſtacula repulſa, quoties com-

motas tentationum procellas, ſpirituali quadam quietudine ſedatas, diligenter recogito: ita vt probationis illo, aut nouitiatus anno, clarius me didiciſſe, ac penetraſſe intelligam, id quod docuit Maximus Paſtor, ac Doctor Gregorius: *Quãtò quis in rebus mortalibus occupatior, tantò à Deo remotior:* ex aduerſo autem, *Tantum plus conferre Deum gratiæ, quantum nos adferimus diligentiæ*. Chriſtus namque Magiſter noſter, qui *iugum ſuũ ſuaue, ac onus leue*, prædicat; non ideo ſpecioſis nominibus, vtrumque decorat; vt externo apparatu, ad imitationem ſui inuitet: ſed vt voluntatis promptitudinem, ac reſignationem, interna gratiæ, & auxilij dulcedine, ac experientia recompenſet: quodque intellectui primùm, ac ſenſibus graue, & amarum; ijſdem poſteà idipſum leue, ac dulce reperiri, ipſe miſericorditer efficiat. *Non eſt quippe tardus ad remunerandum Domi-*

In regiſtro.

D. Ambroſ. ſuper Lucã.

Idẽ lib. 1. de ſacrif. Abraham c. 13.

minus, uberiora restituit ei, qui non fuerit captus oblatione præsentium. Cum itaque talibus haud vulgaribus diuinæ gratiæ subsidijs, religiosæ, & contemplatiuæ vitæ bona cognoscerem; videlicet *charitatem Dei, ac proximi tota mente complecti, ab omni actione terrestri quiescere, soli desiderio Conditoris, omnibus posthabitis curis inhærere*; non minus intentè spiritualibus exercitijs animam instruere, per aliquot annos operam dedi; quàm satis diligenter errorum aliquot causas, quibus ego hactenus, multique adhuc in patria hæresi detinẽtur, perspicere. B Gregor. in Ezechiel.

CAPVT XIV.

HAud obscurum profectò, aut ignotum Ecclesiæ Catholicæ nomen, ijs maximè, qui literarum studia, ac peregrinationum experientias sectantur: sed, dum primo illo materno lacte imbutas

opiniones tenacius seruant,de alienis nequaquam solliciti; ignorantiæ quadam licet affectatæ culpa, maximo cum salutis discrimine inuoluuntur. Illi porrò, qui diligentiori intellectus indagine, non omnia, quæ domi, aut foris, ab hæreticis, Ecclesiæ Romanæ, ac Religioni Catholicæ, falsò plerumque adscribi solent, ita se habere assequuntur; dum veritatis inquirendæ, (quam in sua communione esse communiter putant) tam ex doctorum Catholicorū scriptis,quàm simpliciorum hominum confessione, occasionem habent: nullam vsquequaque rationem reddere possunt, qua authoritati ac doctrinæ Ecclesiæ resistentes,ab hæresis pertinacia, imò damnationis æternæ pœnis, probabiliter excusentur. Vtrumque illud hominum genus notatum, ac differentiam ab Augustino descriptam, non improbo. *Hæreticus est (vt mea refert opinio)* *qui*

S. Augus.lib de vtilit.credendi.

qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatusque sui gratia, falsas, & nouas opiniones vel gignit, vel sequitur: ille autem, qui huiusmodi homini credit, homo est, imaginatione quadam Veritatis, ac pietatis illusus. At vero, cum *Sapientem deceat* (vt dicebat Plutarchus) *quietem, & otium, in scientiæ, & prudentiæ exercitatione ponere*: quid vtilius intellectus lumini; magis necessarium animæ æternæ saluti; quam Charitatis, Vnitatis, ac Veritatis Ecclesiæ; confusionis vero multiplicium sectarum scientia, veram quietem conscientiæ, veram Sapientiam summo bono adhærendi, diligentius atque sine respectu discernere, atque inuestigare. Audi Veritatis, ac salutaris scientiæ Magistrum, post Ecclesiæ principis increpationem, discipulos suos, pro nostra quoque doctrina instruentem: *Si quis vult, venire post me, abneget semetipsum,* & quæ sequuntur. Matth. c. 16. n. 26.

 tur.

tur. *Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur; animæ vero suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem, pro anima sua.*

Deinde alios quosdam, incertæ vt sic dicam fidei, quos politicos vocare placuit; non minus accuso, quàm deploro: qui cum explorata aliarum sectarum obscuritate, ac inconstantia; ad Romanæ verò Ecclesiæ euidentiam conuicti: aut Catholicorum hominum scãdalis; aut nimio humanarum rerum affectu, excusari se velle videntur, à veræ Ecclesiæ cõmunione: vt sub Christiano titulo, propria opinione, liberius de rebus credendis censores agant, nolentes iuxta Apostolum *in captiuitatem redigere omnem intellectum in obsequium Christi*. De his autem ipse Dominus, ac Saluator, apud noui fœderis prophetam, quo eosdem loco habeat, ab Angelo Laodiceæ Ecclesiæ scribens, optimè

Paulus epist. 2. ad Corinthios c. 10.

timè

timè indicari voluit. *Scio opera tua quia neque frigidus es, neque calidus. Vtinam frigidus esses, aut calidus. Sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus; incipiam te euomere ex ore meo*: Reliquum est, dum nullius adhuc desperanda salus sit; sed potius à Diuina Maiestate exoranda: vt *si qui sunt non dum vocati, pro eis, vt vocentur, oremus. Fortassis enim sic prædestinati sunt, vt nostris orationibus concedantur: & accipiant gratiam, qua fiant electi.*

Ioan. Apocalyp. cap. 3. n. 16.

S. August. ep. 107. & de bono perseuerant. c. 22.

Porrò quia mihi multis ab annis, desiderium singulare perseuerauerat, loca illa sancta venerandi, vbi totius humanæ salutis, ac Christianæ religionis exordium maximè refulsit: ideo repetitis apud ordinis superiores instantijs, quod aliquandiu dilatum, opportunius tandem concessum mihi fuisse, diuinæ prouidentiæ, illorumque charitati acceptum fero. Et quamquam varios casus, variaque tam longi iteneris

pe-

pericula quæ hoc tempore, quo ego Terram ſanctam acceſſi, peſtis vehementia augebantur, narrare diffuſius poſſem: Tamen quia itinerarium ſcribere, nec animus, nec intentio fuit; ſed peregrinationem Sanctam, qua, fidei, ac religionis veritas, indagari poteſt, concinnare; eam præſertim, qua me ad Catholicæ, ac Romanæ Eccleſiæ certitudinem, perduxiſſe Chriſtum Dominum, ac Saluatorem meum, ſufficienter ſatis, numquam collaudare valeo. Ob quam cauſam, nec locorum, nec gentium, nec morum deſcriptiones, quæ à multis variè, & diffusè, accuratè autem, ac erudtiſſimè, in *elucidatione Terræ Sanctæ patris Quareſmij* Ord. Minorũ, tractata ſunt: ſed notabilia quædã, pro Catholicæ fidei, ac Seraphicæ religionis gloria; in peregrinationis huius periodo adſcribere, nequaquam extra propoſitum æſtimari debere, iudicaui.

Im-

Imprimis ſanè, inter multa, ac varia, quæ Catholicorum fidem, ac pietatem, publicam facere, hæreticorum itidem in ijſdem virtutibus defectum, deſignare videntur; non exiguum vbique teſtimonium reperio, quod quamplurimi, deuotionis feruore accenſi, innoxias ad loca ſancta peregrinationes ſuſcipere, ſemper pro more habuerint laudabili. Maximè verò, de Terræ Sãctæ locis, inter plurimas aliorum Scriptorum maximi illius Betlehemitici incolæ Hieronymi authoritas, fidem nobis certiorem faciet, cum ad Marcellam ſcribit: *Longum eſt nunc ab aſcenſu Domini, vſque ad præſentem diem, per ſingulas ætates currere; qui Epiſcoporum, qui Martyrum, qui eloquentium in doctrina Eccleſiaſtica virorum, venerint Hieroſolymam; putantes minus ſe religionis, minus ſe habere ſcientiæ, nec ſummam vt dicitur manum accepiſſe virtutum, niſi in illis Chriſtum adoraſ-* Epiſt. 17.

ſent

ſent locis, de quibus primùm, Euangeliũ de patibulo corruſcauerat. Quippe cum humana curioſitas, plerumque ad viſendum remotiſſimas regiones, etiam ſegniſſimum quemque allicere conſtet; noſtra verò ætate præcipuè inter præclaros cõnumerari, qui plurima terrarum, mariumque ſpacia perluſtrauerint: nec forte interdum aliud præter vacuam erumenam, debilem ſanitatem, malamque conſcientiam, (vt magnus quondã literator Lipſius notauerat) ad propria reportent. Quid ni maioris laudis, immò cum rectè ſuſcipitur, maioris meriti apud Deum, peregrinatio ea haberi debet; quam Deo inſpirante, ſine vanæ gloriæ præſumptione, cũ puritatis conſcientiæ, aliarumque rerum (iuxta ſanctiſſimæ illius fœminæ Suericæ regulas) diſpoſitione, ad loca fidei, pietatiſque Chriſtianæ inſigniora, deuotè pariter, ac humiliter, pij Catholici inſtituũt.

S. Birgitta. Reuelation. lib.7.

Nam

Nam qui ex laborũ, atque incommodi tolerantia patientiam; ex fastus, aut vanitatum, immo superbię depositione, humilitatem; ex crebro conscientiæ examine, sanctisque meditationibus, tàm criminum expiationem, quàm indulgentiarũ lucrum, meliorisque vitæ mutationem, colligere satagunt: non hos Deum modò in atrijs sanctis suis, & sancta propter Deum honorasse; verum etiam, *quasi nauis Institoris à longe portans panem suum*, pręclarum sanctarum virtutum fructum, lucratos fuisse, tàm omnium nationum exempla, quàm totius Ecclesiæ iudicium, semper approbauit. Tamen, quemadmodum nec vllum pietatis Christianæ opus, quod Religio probat, damnandum esse Catholica fides; ita nec omnia indifferenter, omnis status, aut conditionis hominibus conuenire, aut sine discretione suscipienda, recta ratio suadet: cum aliàs, *Potens sit Deus*

Prouerb.c.31 n.14.

(iuxta

D Paulus epist. 2 ad Corinth. cap. 9. n. 8.

(iuxta Apostolum) *omnem gratiam abundare facere in vobis, in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.*

Vnde, si quis secũdum cuiusque sensus abundantiam, ad visenda deuotè Redemptionis humanæ loca, præ cęteris, animum induxerit: *Cũ non aliter affectus homines ad Hierosolymam rapit, nisi vt loca in quibus corporaliter Christus præsens fuit, videant, atque contingant, possintque & de fructu suo edicere: Introibimus in tabernaculum eius, & adorabimus vbi steterunt pedes eius.* Vel cum Propheta regio: *Vota mea Domino reddam, in conspectu omnis populi eius, in atrijs Domus Domini, in medio tui Ierusalem.* Non dubito, quin multa, tam fidei, quàm pietatis incitamenta, experiri se posse inueniet, quando præcipuè, expressa quadam vestigiorum Christi repręsentatione, Sanctorum quoque vtriusque testamenti mysteriorum

S. Paulinus epist. 34. ad Macchar.

Psal. 115.

me-

memoria; quin etiam, hodierno Schismaticorum Orientalium venerationis exemplo;& tepiditatem nostram, & absconditi thesauri neglectum, velut exprobrari vnicuique, ibidem senserit. Stupet animus, quoties prioribus sę.ulis, Catholicorum Principum zelum, cōpositis vicinorum odijs, ad hanc velut communem Christianorum hęreditatem, admiranda quasi æmulatione, cum maximo priuatarum rerum dispendio, à seruitutis iugo liberandam; maximè coaluisse animis, viribusque, historiæ referunt, atque monumenta in his ipsis locis testantur. Horrescere autem non minus debet, quoties desolatas Europæ Prouincias, concussa regna, sparsum late fidelium sanguinem; non præmium labori, nec tropheū victorijs; sed nouam rapinarum occasionem, post tot inter Christianos Principes annorum bella, quęri aut sperari posse recogitat. I[illegible]-

Vide Guglielmum Tirium cum cæteris authoribus belli sacri.

dene

dent interea infideles damna nostra, & dum inuicem in propria viscera Christiani crudelius desęuiũt; ipsi domesticis agitationibus satis turbati, tremendo illis olim *Francorum* nomine contempto, gloriæ, ac pignori summo religionis Christianæ, nunc temulentius insultant.
Psal. 67. *Exurgat itaque Deus, & dissipentur inimici eius. Dissipa gentes, quæ bella volunt.* Aut, *Numquid in æternũ irasceris nobis? aut extendas iram tuam à generatione in generationem?*
Psal. 84.
Psal. 121. *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.*

Hinc præterea, ad Gręcorum, Armenorum, aliarumque nationũ Hierosolymis deuotionem conuersus; confundi me posse haud diffiteor, quoties illarum æmulationem, qua sacris locis licitandis, atque excolendis, inter se quotidie decertant, perpendo: ita vt ipsos maxima auri, argentique collatione, ac profusione; non solum Turcicam aua-

auaritiam, verum etiam Catholicorum liberalitatem lacessere, vtinam ne aliquando superare posse, haud inaniter dixerim. Quapropter licet Augustino teste, *Extra Ecclesiæ vnitatem quicquid operantur Hæretici, quamuis magna solertia, & diligentia fieri videantur, nihil illis prosit*: tamen, dum in omnibus, fidei maiorum, sua deuotione, ac cultu perenni, in Sanctis locis testimoniũ perhibent; Catholicæ simul, ac Veræ Ecclesiæ filios de negligentia, ac tepiditate; hęreticos autem Europæ nostræ, pro contemptu suo, magis reprehensibiles demonstrare, qui coràm conspexerit, haud difficulter sibi persuadebit. Videret, ex remotissimis Moscouiæ, Indiæ, Persiæ, Ethiopiæ, aliarumque Orbis partium finibus; senum, iuuenum, mulierumque agmina ingentia, per tot regionum discrimina, inter tot rapacitatis, ac insolentiæ Turcicæ experimenta; non minori humili- Cõtra Parm. lib. 2. c. 3.

tatis, quàm pietatis indicijs, ad ſacratiſſima Chriſti veſtigia certatim concurrere, atque procumbere. Et poſtquam ſe beatiores locorũ contactu, in patriam quique ſuam recipere coguntur; memoriam beneficij, non modò elemoſinis continuis; ſed repetitis etiam regreſſibus, velut perpetuam facere, videri: donec quoſdam, eiuſdem velut terræ hereditati, mortis imperium adſcribat, atque ſacri montis Sion incolas optatò efficiat. *Non autem* (vt aiebat ſuo ſeculo Cyrillus Ciuitatis huius Sanctæ Preſul) *nunc incœpit huc peregrinorum multitudo cõfluere, ſed iam olim.* Sic, vt ipſo Eraſmo dicente, circa B. Hieronymi tempora: *Tanta apud omnes Vrbis Hieroſolymitanæ religio eſſet, vt varũ pius ſibi videretur, qui Hieroſolymis non fuiſſet.* Et, quod deuotius expreſſit Sanctus eorumdem temporum Epiſcopus Paulinus: *De ipſis locis exiguum puluerem, aut de ipſo Cru-*

Vixit circa an. 350. in Catecheſ.

In vita Hieronymi.

Epiſt. 34. ad Macchar.

Crucis ligno, aliquid ſaltem feſtucæ habere, benedictio eſt.

Vnde non minori admiratione quam veneratione, hic meritò recolimus, vtrarumque, tam ſanctitatis, quàm aliarum virtutum gloria celebrium, Brigittæ Sueticæ, & Paulæ Romanæ memoriam; quarum ſi primæ contigit, poſt altiſſimam diuinorum ſecretorum reuelationem, ex ſanctis Hieroſolymorum locis, Romam pacis conſilia, Sedisque Apoſtolicæ fœlicitatem reportare; ſecundæ, non inter minores fœlicitates adſcribendũ erit, quòd videatur Gracchorum celebre nomen, patrijs Chriſti laribus inſcripſiſſe; poſtquam, illuſtris operibus, Betlehemi cum filia Euſtochio, deſiderium immortalitatis expleuiſſet, quod ſic aliquando declarauerat: *Hæc requies mea, quia Domini mei patria eſt. Hic habitabo, quoniã Saluator elegit eam. paraui lucernam Chriſto meo. Anima mea illi viuet,* D. Hieron. ad Euſtoc.

& semen meum ipsi seruiet. De celeberrima quoque, tam sanctitatis, quam magnificentiæ incomparabilis Imperatrice Helena, quantum nobis narrare Romana Ecclesia, tantum fidei augere potest, totius velut Terræ Sanctæ theatrum, Sanctæ istius incredibili pietate adeo excultum; vt propemodum in cunctis Saluatoris nostri vestigijs, tot eius memorias, vix vllis comparandas, legamus, atque admiremur.

Proinde cum vicissitudine temporum, refrigescente antiqua Catholicorum deuotione, & Turcica inualescente tyrannide, locorum Sanctorum cultus quasi deficeret; prouisum à Christo Redemptore nostro mirabiliter fuit, vt iam à trecentis & quadraginta annis, Franciscana paupertas, non solum Romani ritus magnificentiam, verum etiam Catholici nominis respectũ, inter insolentes istas nationes conseruet, & vt sic dicam, ostentet. Nĩ

prę-

prȩter id, quòd in diuini cultus apparatu, ac ſplendore, Franciſcana familia, cȩteras ad imitationem, ac emulationem prouocet nationes, Hieroſolymis; magis admirabile in oculis noſtris haberi poteſt; quod his licet indigenis, ac ſubditis, maiori exactione, ac vilipendio; quàm illis, vt extraneis, ac inimicis, libertas religionis, & cõuerſationis, quotidie à Turcis venundetur. Immo quoties Grȩci, aut Armeni perpetuis inter ſe diſſidijs contendentes, ad Ottomanicæ portæ, ſeu aliarum Prouinciarum miniſtros recurrere debent, Francorum ſocietatem ambire, eoſque in partes trahere, vnicuique ſumma induſtria, ſumma fœlicitas habetur; dum inde futuram victoriam, vnde hi ſteterint vſu, & authoritate, ſibi perſuadeãt. Quantum igitur Catholicis Principibus maiori decori foret ſi nomen illud olim Turcis adeò tremendũ, nunc iterum, ad eoſdem in ratione

continendos, suscitare diligentius procurarent; quò authoritate protectionis, tam Christiana religio, quàm sancta Redemptionis deposita, immò ipsi Franqui leuius iugum ducant; dum omnibus, non nisi ex præcio salutem esse, quamquam nec satis tutam; aliquot annorum vexatio, & experientia docuit. Interea subsistere, exiguum illum Franciscanæ militiæ manipulum, diuinæ tutelæ singulari, ac prouidentiæ, nemo non adscribat; eò quod hinc Grecorum perfidiam, inde Turcarum insatiabilem auaritiam, per tot sæcula euictam; ipsos infideles subinde fauorem præbere; nullas elemosynas ex Europa transmissas, casu perire; omnia denique ruinam minantia, fœliciter auerti: ipsemet ego, tam aliorum, quàm propria obseruatione edoctus, admirari satis, aut prædicare dignè nequaquam possum. Sint itaque hereditatis Christi coloni, quibus

nulla

nulla præter Christũ hęreditas est: & quia Crucem in ipsius velut vestigijs baiulant; tanto magis digni æstimentur, quibus fauor Principum, ac fidelium Christianorum charitas succurrat: cum non minus probrosum erit veræ Religioni, à Schismaticis, & infidelibus aliquo in hac parte officio vinci.

Non vanum mihi videri posset, ad confusionem irreuerentiæ, aut indeuotionis multorum Christianorum, falsam pietatem Schismaticorum, immo Turcarum referre; qui cum loca sancta, aut ea, quæ pro talibus tenent, incredibili, & sumptu, & veneratione excolunt; solent non rarò Catholicis nostris, de negligentia, imo Religionis suæ exiguo zelo, ignominiosius conuicium facere. Schismatici enim nec facultatibus, nec sibi ipsis parcunt; quin ad Veri Dei, ac Redemptionis nostræ locorum cultum, omnia conferant. Turcæ vero, ad pseudo-

prophetæ ſui Mahometi tumulum, ac patriam honorandam, tam muneribus Imperatorum, quàm priuatorum immenſa largitione, theſauros profundere, non ſine cauſa gloriantur. Et quod magis Chriſtiana pietate dignum imitatu foret, loca, quæ ſemel falſæ ſuæ ſuperſtitioni conſecrarunt, numquã alienæ religioni aut profano vſui concedere, nec dimittere. Sed quoniam temporum calamitates, Catholicorum plerumque piam liberalitatem, intra patrios terminos reſtringere comprehendo; illorum, qui adhuc largiori manu, Terræ Sanctæ conſeruãdæ, quotannis ſuccurrunt, magnificentiã; ſicut memoria perpetua, ita premio æterno retribuendam; Saluatoris repetitæ promiſſiones, magis perſuadere valent.

Matth. c. 10. n 42. item cap. 25. n 41. & 45.

CA-

CAPVT XV.

TAndem vt omnes Peregrinationis huius sanctæ digressiones breuius contraham, si tot fidei ac religionis Catholicæ monumenta, quæ in Scripturis, in nationibus, ac locis ipsis, vndique tam manifestam Ecclesiæ Romanæ veritatem ostentant, mouere vel obstinatissimum quemque hæreticorum, ad Charitatis vinculum acceptandum non valebunt. Rogo ego miser peccator, & pauperculus, pro amore Dei, & Charitate Domini nostri Iesu Christi, quam in cordibus omnium, latè diffundi; in hoc sepulchro sancto eius, incessanter exopto: vt considerata seriò, vniuersa mundanarum rerum facie, præsentia præteritis componendo: *Discant in terris*, (vt hortabatur Hieronymus) *quorum nobis scientia perseueret in Cœlis*. Et quidem, quòd Sapien- Epist. ad Paulinus.

pientes primùm latere non poteſt, obſeruandum omnibus occurrere; quomodo *Comit ſe mundus vt nos fallat, Totus agit hiſtrioniam. Præterijt enim figura huius mundi*, vt aſſerebat Veritatis Doctor S. Paulus. Dein, quàm facile ſit, ex aliarum religionum libertate, ac viciſſitudine; fidei Catholicæ præſtanſtantiam, accertitudinem, plenius conuincere: dum hæc, vnius corporis connexione, traditam ab Apoſtolis, tam verbo, quàm ſcriptis Chriſti doctrinam, in Romanæ Eccleſiæ perpetua ſucceſſione; ſi non euidenter, credibiliter tamen conſeruaſſe, omnibus facilius perſuadeat.

Theophilact. Epiſt. 1. ad Corinth. c. 7. n. 13.

Præterea cauendum maximè eſſe Chriſtianis quibuſcunque; ne multa, quæ apud Catholicos, aut ſimpliciores, aut intelligentiores, fieri in religionis actibus notauerint; ea, aliquo ſuperſtitionis titulo traducant; cum omnes iſti, ex Apo-

ſtoli-

ſtolica doctrina, optimè inſtructi ſint, *Fundamentum aliud neminem ponere poſſe; præter id, quod poſitum eſt: quod eſt Chriſtus Ieſus. Si quis autem ſuperædificat, ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fænum, ſtipulam, vnicuique opus manifeſtū erit, &c.* Adeò vt de his, quæ in fide, ac Charitate Eccleſiæ Catholicæ fiunt; & illis, qui extra eandem ſunt, tenebræ videri ſolent, quia in ſpiritu, & lumine Eccleſiæ, non ambulant; non ſolum ratio, ſed etiam fundamentū ab ipſo Chriſto conſtet: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus; vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in Cælis eſt.* Dū, *omne quodcumque faciunt in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Ieſu Chriſti, gratias agentes Deo, & Patri per ipſum*, facere, aut dicere Catholicos, niſi perfidi, aut calumniatores, negare nequaquam poſſunt: Ex hoc fonte, omnium Catholi-

D. Paulus ep. 1. ad Corint. c. 3. n. 11.

Matth. c. 5. n. 19.

D. Paulus epiſt. ad Coloſſen. cap. 3. n. 17.

tholicarum virtutum riuuli fluunt; & in Christi meritis, merita nostra valorem habent, dum *Christus per passionem cōsummatus, factus est causa salutis, omnibus obtemperantibus sibi*. Currite itaque fratres Catholici in hoc campo certaminis bonorum operum, securi ac strenui: *Curam omnem subinferentes, ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis Charitatem. hæc enim si vobiscum adsint, & superent; non vacuos, nec sine fructu vos constituent, in Domini nostri Iesu Christi cognitione.* Quæ sicut fidelissimè vos monuit, fidei, ac Religionis vestræ Magister, ac Christi in Ecclesia Vicarius; ita in eadē fide, ac doctrina eius constantes, illa, quæ narrata sunt præscientes: *Vos custodite, ne insipientium errore*

Epist. ad Hebreos c. 9.

Epist. 2. Petri c. 1. n. 5. &c.

Ibid. cap. 3. n. 17.

tra-

traducti, excidatis à propria firmitate.

Vos autem, qui extra Ecclesiæ Catholicæ, ac Romanæ communionem, viam veritatis quærere presumitis; nolite decipi opinionibus vestris: ne pro veritate mendacium amplectamini; nec in contentione vestra, contra gentium, seculorumque consensum perseueretis. *Quod si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus vestris; nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem: non est enim ista Sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus, & contentio: ibi inconstantia, & omne opus prauum.* Ego vero, qui aliquãdo errore præcisus, nunc verò, gratia, ac misericordia Saluatoris mei Iesu Christi, Veræ iterum Oliuæ insertus, gratiam vocationis meæ humillimè agnosco; pro his qui secũdum carnem sunt fratres mei, diuinam maiestatem incessanter exoro;

Epist. B. Iacobi c. 3. n. 14.

quem-

quemadmodum etiam fratres meos secundum ſpiritum, vt pro inuicem oremus, obteſtor. *Credendũ eſt enim* (vt loquitur Auguſtinus) *& fidei pietas expoſtulat credere, quòd omnes eleemoſynæ totius Eccleſiæ, vt orationes, & opera iuſtitiæ, & miſericordiæ, ſuccurrant recognoſcenti mortem ſuam, ad conuerſionem ſuam; ideoque nemo dignè pœnitere poteſt, quem non ſuſtineat Vnitas Eccleſiæ.* Vnde, cum ex regio Propheta: *Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientiũ mandata tua:* Confidimus in Domino, qui iuſtificat impium, & humilia reſpicit in Cælo, & in terra; quòd vocatione, qua vocati ſumus, improperium eius portantes; crucis etiam gloriam, mundi videlicet, ac carnis victoriam reportabimus: *Scio enim cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt, depoſitum meum ſeruare, in illum diem.* At deſiderium animæ meæ, quo præcipuè pro fratribus meis crucior, tu Domine proſperare.

Lib. de vera & falſa pœnit. c. 12.

Pſal. 118. nu. 63.

D. Paulus ep. 2. ad Thimot. c. 1. n. 12.

re.

re. *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam; ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.* Psal. 42. n. 3. *Illumina oculos eorum, ne umquam obdormiant in morte, ne quando dicat inimicus, præualui aduersus eos.* Psal. 12. n. 5. Fac eos de morte transire ad vitam, quam in Euangelio, & communione Ecclesiæ vnius ac Catholicæ agnoscentes; ab vnione eiusdem recedentes, postmodum perdiderunt. Resuscita in eis antiquum illum Charitatis ac pietatis feruorem; quem sicut frigidus Aquilo, non dudum est, quod miserè oppressit; ita fac, vt quamprimùm suauis Auster Spiritus tui, fœlicius iterum accendat: quò nomen tuũ magnificetur in gentibus, & reparetur pristinus splẽdor domus tuæ. *Tunc exultabit cor meum in salutari tuo, cantabo Domino qui bona tribuit mihi, & psallam nomini Domini altissimi.* Ibid. n. 6.

FINIS.

Sanctus Augustinus serm. 1. de verbis Apost. Nullæ sunt maiores diuitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulla mundi huius maior substantia, quàm fides Catholica.

Cyrillus contra Iulianum

σοφὸς ἄλλος ἀπ᾽ ἄλλου.

Sapiens alius ab alio.



